

6
26 N
18








AVLI FLACCI

Persij Satyrographi Clarissimi
opus emendatum. Interpretanti
bus Joanne Baptista Plautio:
Cornutoq; Philosopho: eius
Praeceptore: necnō Joanne
Britānico Brixiano: ac Bar
tholomeo Fontio: viris

eruditissimis: cum suis
figuris: & vtilissimus
Apostillis. Insu
per Alphabetica

Tabula: nuper
apposita: quae
omnia scitu
digna mirifice complectitur.




PHILIPPVS Beroaldus ad lectorem.

COMMENTArios in poetas non parum multi quoti die cum laude componunt, inter quos Ioannesbaptista Plautius apprime studiosus: doctus: ingenii acumine præpollens: & mihi discipulus nuper condidit hæc annotamenta ad enodandos Persii satyrographi nodos mire conducentia. Est itaq; caligo poematis tenebricosi immissa luce discussa: & salebritas læuigata. Lector ingredere citra offensationem a carcere ad metas usq; decurres. Vale.

IOANNESBAPTISTA Pius ad plautium.

Magnus Aristarcho titulum si laudis Homerus
Comparat: & nimbum scandit ad astra decus
Viuet honos Baptista tuus: monumenta minacis
Lucida te Persii sidera ad usq; ferent:
Viuit ut alterno mutatus castore Pollux
Sic tua succedent sidera a sideribus
Sideribus laudis succedent sidera: fallor
Vna dabit maius lux geminata iubar
Celsus erit Persii laudis nitor: at tibi tanto
Maior honos quantum Vilior arte furor

NICOLAVS Aldrouandus.

Cui licuit nitidos musarum aurite liquores:
Et magnam sacro fonte leuare sitim:
Atq; poetarum obscuros cognoscere sensus:
Et suaue Ambrosio fundere ab ore melos:
Dispeream: & stygias rapiar Plutonis ad undas:
Faucibus insani tradar & esca canis:
Si non est phœbi memorabilis ille sacerdos:
Qui pangit superis carmina digna deis:
Qui canit historias: & clara poemata narrat:
Oreq; facundo tetrica corda mouet:
Tam prompte ut credas Ciceronem hoc esse locutum
Quo uidit maius martia Roma nihil
Quem quia sacratis me sit permessidos undis
Corpora Baptistam iulia Parma uocat
Liuide aperta negas: naso & suspendis adunco:
Atq; mihi nullam credis inesse fidem:
Aspice: & hunc roseo sudantem melle libellum
Perlege: quo Persii carmina aperta manent:
Vt licet inuitus proclames Iuppiter iste
Iste refert scriptis secula prisca suis.

CAMILLVS Aldrouandus.

Quisquis auet satyri sensus cognoscere uatis:
Cerbereos morsus: eumenidumq; faces:
Gradiuiq; sonos: & fulmine dicta trisulco:
Horridiora: sales: uerbera: tela: iocos:
Spicula tomulidum teneras penetrantia mentes:
Quid plus? & Persii cor: genium: atq; animum:
Baptistæ hæc nostri uideat monumenta magistri
His studiat noctu terq; quaterq; die:
Irriguo his fraudet radiantia lumina somno:
Et quicquid sua mens hic cupit inueniet:
Et credet (nostræ bona erunt præsagia mentis)
Hunc post extremos uiuere posse rogos:
Euboicos superare dies: pyliamq; senectam:
Tam retinet clausum pectore grande sophos

❡AD MAGNIFICVM IACOBVM ANTONIVM DE SANCTO VITALE BELFORTIS COMITEM: ET EQVITEM: IOANNIS BAPTISTÆ PLAVTII EPISTOLA.



VM MAGNIFICE Comes Iacobe Antoni: omniumq; eruditorum fauissor constantissime a principe philosophorum nihil in uita esse utilius: quam nobis ipsis finem aliquem metamq; nostris actionibus statuere esse dictum non ignorarem: subinde cepi mecũ ipse cogitare quid potissimum inter tot uaria hominum studia eligere: & ad illud tanquam ad scopon actiones: uigilias: & labores nostros dirigere deberem: ut uitam honestam degere: honores consequi: & apud uiros doctrinarum columina: qui solos uirtute præditos fouent: & amplectuntur: si non inter primarios: saltem inter mediocres essem dignus annumerari. In qua meditatione cum plura mihi occurrissent: nihil uirtute esse melius: & eligibilius iudicaui. etenim ea corporis omnia: quæ uulgo bona existimantur Robur: Valetudo: Velocitas: formæ dignitas: totaq; habitudo: aut morbida in tempore: aut alia quadam extrinsecus: atq; maiore ui: aut uetustatis saltem rubigine: ac tabe languescunt: deficiunt: corruunt: dilabuntur: pereunt. Externa uero quæ in bonis censentur. Genus: Educatio: Soboles: Clientelæ. Agnationes: Principatus: & Gloria: si qua tandem ea bona sunt: usuraria certe sunt: non cuiusquam propria. Et profecto ita res habet: Cætera omnia non magis possidentium sunt quam cuiusque: ut in talari ludo huc: & illuc transeuntia. at uirtus sola: & uiuenti (ut inquit uerissime Basilius) & mortuo stabilis est: & firma possessio: quæ non morbo: non uetustate: non humana uehementiore aliqua inquinatur ui: non fortunæ ictibus exposita subiacet: semper crescit: semper augetur: cumulatur semper: unde non immerito in ea seuerissimi: sanctissimique philosophorum summum bonum collocauerunt: Omnia enim habet quem penes est uirtus (ut inquit Plautus) ad quam eligendam: & sequendam accedebat & hoc: q hominum uitam labilem: momentaneam: fragilem: & caducam oculis intuebar: & apud celeberrimos: & classicos auctores attestatum reperiebã. & imprimis apud Homerum his uersibus οὐδ' ἐν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει. idest Nil magis est hominis natura infirmius omni E numero spirant quæcunq; animalia terris Et serpunt. Quam fragilitatem exeunt: qui uirtutis: cuius auctore Lactantio merces immortalitatis sola est: uestigia imitantur. ❡ Viuitur enim ingenio cætera mortis sunt: unde Ouidius. Nil non mortale tenemus pectoris exceptis ingeniiq; bonis. Vna res inquit Seneca laudans uirtutem in eo libro: quem de morte scripsit: est quæ nobis immortalitatem donare possit: & pares diis efficere. Hac enim sola a diis differimus (ut quidam græcus sophista sensisse uisus est: qui cum interrogaretur quid esset homo facere respondisse fertur θεὸς θνητὸς καὶ ἐστὶ θεὸς ἄνθρωπος ἀθάνατος. Itaq; immortalitatis cupidus: & ne de me illud dici posset sollicitus ἀκαρπότερος εἶ ἀδωνίδος κήπων. idest infructuosior es q̃ adonidis horti: relicto natali solo: cuius tanta est uis: ac tanta natura (ut inquit Cicero) ut ithacam illam in asperrimis saxulis tanq̃ nidulum affixam sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Relicto IOANNE FRANCISCO filio tuo equestri dignitate ꝗ duce Mediolanensium in ætate pene puerili: sed uirili maturitate: & senili prudentia prædita decorato. Relictis parentibus: cæterisq; amicis: & necessitate quadam coniunctis Bononiæ sub PHILIPPO BEROALDO: & IOANNEBAPTISTA PIO: ex quorũ ore melle dulcior fluit oratio: uiris pro meritis nunq̃ satis a me laudatis: qui si non essent (ut de Chrysippo dicebat Carneades) ego non essem: sub Philippo inq̃: & Ian. baptista Pio: ex quorum gymnasio ueluti ex equo Troiano sexcenti literatissimi uiri exierunt: & quotidie exeunt literis operam daturus: post longas ambages: & fortunæ seuientis procellas: herculaneosq; labores exanthlatos in portum me contuli. idest in ædes Magnifici IOANNISFRANCISCI ALDROVANDI uiri mehercule religione Numæ Pompilio: grauitate censorio Catoni: humanitate Iulio Cæsaris mansuetudine Fabio maximo æquiperandi. Cui cum manifestissime esset exploratum duo esse hominum genera. Alterum doctum: & urbanum. Alterum indoctum: & rusticum: & hoc quidem pecudum esse simillimum. Illud uero non diuinum minus (ut ita dixerim) quam humanum: me e numero tot clarorum & eruditorum uirorum: qui Bononiam incolũt: elegit: ut Nicolaus sibi filius & Camillus nepos ex fratre SEBASTIANO: quo nemo humanior: nemo animi magnitudine clarior: nemo iustior: qui est ἀγαθῶν θάλασσα καὶ ἀγαθῶν σωρός. idest bonorum mare: & bonorum cumulus: in disciplinis quæ homine libero dignæ sunt: me præceptore expolirentur: dolatorio eloquentiæ læuigarentur: & copiosissime eruditi euaderent. Quod an assecutus fuerim tum diligentia mea: & studio diligenti: tum eorum propria: & ingenii insita dexteritate. qua plurimum pollent: quisquis eorum orationes: & epigrammata uiderit facile iudicabit. Hic autem tantam librorum copiam: & studendi facultatem inueni (est enim Magnificus IOANNESFRANCISCVS impense doctus: equestri oratione clarus: pedestri nobilis: utraq; insignis) ut ad uirtutem: ad quam aspirabam mihi facile peteret iter. Quod ut omnibus esset manifestissimum ex multifaria librorum nostrorum suppellectile Persium commentandum: & interpretandum delegi: qui quanto minor est: tanto est elegantiori stilo detornatus: quanto minus habet ponderis: tanto plus habet auctoritatis: unde luculenter cecinit Epigrammatarius Sæpius in libro memoratur Persius uno quam leuis in tota Marsus amazonide: & a diuo Hieronymo Satyricus disertissimus nuncupatur: nec immerito: nam & sanctitate scribendi: & sententiarum grauitate: & uerborum pondere: & satyrica urbanitate nulli postponendus esse uidetur. Insectatur uitia sontes carpit: præceptis legentium animos sanctissimis firmat: & imbuit. Repræhendit acriter: insultat impotenter: uafre cauillatur: astute obrepit. Effluit lubricæ: Tergiuersatur: Illudit: dissimulat: ardet: Versat suspendit: ferit: pũgit: prouocat: Titillat: Stomachatur: atq; omnia quandoq; concutit. In quo mira est eruditio: Varietas rerum iucundissima. Stilus tersus: Libertas satyrica: Sententiæ scitu digne innumerabiles: Laudatio uirtutum: &

uitiorum acerrima castigatio. Officium boni interpraetis est dilucidare ea quæ obscure dicta: & castigare quæ perperam scripta in auctore sibi proposito reperiuntur: unde ne ab eius officio discedam Persii inuolucra explico: obscura illustro: arcana reuello: sinuosa corrigo: maculosa emaculo: & quod ipse strictim: & quasi transeunter attingit: copiose: & diligenter enodo: & non pauca quasi aliud agens de industria intersero ad omnifariam eruditionem pertinentia dans imprimis sedulam: & inconniuentem operam: quamuis me illud non fugiat δισ και τρισ το καλον. idest bis & ter pulchra sunt repetenda: ne idem nisi coacti necessitate repetamus: ne legenti fastidium faceret odiosa replicatio: quæ haud facile citra fastidium: & nauseabundi stomachi bilem fieri consueuit. Intermisceo etiamnum uerba quædam græca: non ut doctrinam meam ostentem: quæ minima est: sed ut ex commentariis nostris aliquid frugis consequantur: qui aliquantulum sub Iouiniano græcolino in literis græcis præceptore nostro: & uiro literatissimo profecerunt. Cuius autẽ potissimum numini Antiquos secutus: quibus mos fuit bonarum artium studia literis mandare: atque in libros redacta offerre principibus: quia neque recte aliquid incohatur: nisi post deum fauetir imperator (ut inquit Vegetius has nostras commentationes) ut tutius in publicum exirent: dedicarem te optimorum nobilissime: & nobilium optime: omniumque uirtutum thesaure: & receptaculum: qui esset dignior inueni neminem: qui omnibus uirtutibus cum sis ornatus: & ut gemma rutilanti splendore conspicuus inter cæteros totius orbis terrarum uiros tantum emineas: quantum lenta solent inter uiburna cupræssi: literatos foues: & studiorum: studiosorumque commerrio delectaris: eosque apud te semper habes Dionysium syracusanũ imitatus: qui ελεγε πολλουσ τρεφειν σοφιστασ ου θαυμαζων εκινουσ αλλα δι εκεινων θαυμαζεσθαι. idest dicebat se alere multos sophistas: non ꝙ illos admirareiur: sed ꝙ per illos admirationi esse uellet: unde ad te merito unum decus: & præsidium eruditorum tanquam ad anchoram hac tempestate literati cateruatim decurrunt: & alterum mecenatem te esse iudicant. Testis est eximius magister Dominicus Mutius in obseruatione syderũ non inferior gymnosophistis: in disciplinis philosophiæ secũdus Arist. in poetica altiloquus: in oratione disertissimus in dialecticis acutus: in theologia insignis: in mathematicis ægregius: in medicina uero (ut unico uerbo quid de eo sentiam: enuntiem) alter Asclepius. Testis est PHILIPPVS CORNAZANVS moribus defecatis: ingenio perspicaci præditus: literatus: & scientiæ musices Coryphæus: & primipilaris. Testis est IACOBVS Vallensi: filiorum tuorum: quibus innata sunt pleraq; omnia ad uirtutem adiumenta: præceptor amantissimus: cuius carmen est sublime: oratio benedocta: præssa: enucleata: limata: & atticis leporibus scaturiens. Testis est Angelus malgarius scriba nobilissimus. Testes sunt & alii complusculi: qui aulam tuam condecorant: & te de omnibus bene merentem laudibus prosequuntur: amãt: suspiciunt: & admirantur: nec immerito: nam (ut corpus tibi bene habitum: staturam quadratam: proceritatem succulentam: torosos lacertos: pedem modicum: longas manus: cæterasque omnis eximias corporis dotes silentio prætereeam quæ tu neque magnifacis: neq; inter principes solus possides) in te est prudentia a græcis phronesis dicta: quæ (ut scribit Plato) cæterarum uirtutum dux est: quæ in te adeo fulget: adeo splẽdescit: ut neq; in Nestore maior: neq; in Catone præsentior fuisse credatur: & cum ardua res sit (ut inquit Mart. opibus non tradere mores: & cum tot Cresos uiceris esse numam: tu in deliciarum meditullio collocatus deliciarum blandimenta non amplecteris: inter illicibiles: ac blandissimas uoluptates positus abstines a uoluptatibus: & non alia uirtute: ut Scipio apud Liuium: æque ac temperantia: & continentia libidinum gloriaris: nec falso: nam inter irritamenta nequitiæ: & instrumenta luxuriantis fortunæ castum agis principem: & frugi: cum tua ingenita animi: & corporis integritare: tum ne exemplo tuo populus: quem ab omni labe criminis illibatũ seruare contẽdis: maculosus: & uitiosus efficiat. Quales enim in republica principes sunt ait Plato tales reliquos esse ciues solere: nam uita principis (ut cum Plinio loquar) censura est: ea que perpetua ad hanc dirigimur: ad hanc conuertimur: unde principibus (ut tu facis) circunspectius: cautius: sanctius uiuendum est: ut eius uita tanquam speculum quoddam lucidissimum contemplantibus appareat. Prætereo quæ illis tantum prodesse uidentur: in quibus consistunt parum quid ad alios declinantes: ut ad iustitiam: cæterasque uirtutes: quæ communis uitæ conseruationi: ac præsidio accommodantur: iuuantque quamplurimos deueniam. Iustitia etenim ea est uirtus: quæ si Ciceroni credimus omnium est domina & regina uirtutum: quæ auro (ut inquit Plato) est præciosior iudicanda: quæ omnes reliquas complectitur: sine qua quid sunt magna regna (ut autumat Augustinus) nisi magna latrocinia? Nulla enim ciuitas: nulli hominum cætus: nulla societas absq; iustitia constare potest diutius: sine qua principes principum nomen amittunt: & in tyranni nomen odiosum: & detestabile transgrediuntur. Quãta autem in te sit iustitia: qua uacuus homo similis est immanium belluarum: ex hoc omnibus liquet: ꝙ nulla largitione: nulla gratia nulla cupiditate potes corrumpi: & a recte iudicando recteq; consulendo remoueri: non tantum ut sua cuiq; tribuantur: quæris: sed tua etiam aliis condonas curasq; ut boni præmio mali debita poena afficiantur: & tanta gratia: beneficentia: & æquitate utilitati publicæ: & commodis priuatorum consulis: tantaq; humanitate: patientia: & lepida urbanitate inimicos etiam uincis: ut quotiescunq; dissensio: discordiaq; ciuilis Parmam inuadit: seuitq; animis ignobile uulgus unico tuo uerbo arma deponant Chrysopolis incolæ: & ad statutũ tranquillum: pacemq; placidam redigantur te unũ esse prædicantes: qui quicquid agas: quicquid loquaris: quicquid cogites: id omne referas ad utilitatem: & decus ciuium: qui illam rempublicam sis diuturnam: & perenniter florentem rediturus: cuius habenas modereris. tu aperte frontis homo: lepida urbanitate facetus: grauis seueritate constans simultates omnium contemnis: neminem formidas: neminem iniuria afficis: Aures rumoribus: & insusurrationibus calumniatorum minime habes expositas: qui ad uenena nati instar cibiratarum uerinorum odorantur omnia & oculis linceis peruestigant. Nullius deniq; hominis in te odium cõcitas: scis enim cunctos ab eodem deo: & eadem conditione generatos iure fraternitatis esse coniunctos: & memores auræ Barsidæ sententiæ: qui ubi muris: quẽ in carycis corripuerat: morsum excepisset: conuersus ad circunstantes ait. Nihil adeo paruum est: quod si audeat adorientibus repugnare: non se saluum reddat. Vnde fit ut Christianissimo LVDOVICO regi nostro sis imprimis dilectus: amicis iucundus: ciuibus: charus: omnibus gratiosus & amabilis. Taceo clementiam dotem (ut docet flauius uopiscus) primam imperatorum: qua nullum magis ex omnibus (ut uerissime inquit Seneca) quam regem: ac principem decet: quæ in te talis

est:qualem Agesilaus in principe debere esse demonstrauit:qui dicēte quodam. αγαθον βασιλεα πραον εἰναι δεῖ. ουκουν εφη αχρι του μη ευκαταφρονητον.idest oportet bonum regem clementem esse & mitem ita plane inquit quatenus contemptibilis non fiat.Huic proxime accedit liberalitas:qua sane nulla ducis uirtus dulcior esse potest.cuius cum rari cultores reperiantur(sibi enim quisq; timens:ac fortunæ uarietatē expauescens:quæ ex consulibus quandoq; facit rhetoricæ professores:prospicit rebus suis:& quæ multiq; accidunt considerans manus contrahit:sitq; in largiendo remissus)tu uerus liberalitatis assertor:& Vindex maiori præconio es extollendus:copia enim teste Hierony.gignit fastidium:& uilitatem.Tu nullam rem magis detestaris quam auaritiam idolorum(ut inquit Paulus)seruitutem:quam malorum omnium semen:causam:& radicem cum Augustino dicis:& cum Hieronymo existimas.Sæpissime illam auream Ciceronis sententiam inter liberalitatē tuam admirantes usurpas.Nil tam angusti:tamq; parui animi: quam amare diuitias nihil honestius:magnificentiusq; quam pecuniam contemnere.Extra fortunam inquis cum Epimat.est quicquid donatur amicis quas dederis solas semp habebis opes:cū Ptolomeo uero βασιλικωτερον εστι του πλουτειν το πλουτιζειν.idest regalius est ditare:quam ditescere.Vnde adeo procliuis es ad liberalitatem:ut maximo dolore afficiaris quotienscunq; facultas munerandi:qua principes ac reges homines priuatos antecellūt:culpa recipientis tibi denegatur:& paratus es in filios dicere nisi paterna uestigia imitarētur: illud Dionysii:qui cum aliquando ad filium esset ingressus:uidissetq; apud illum uim aureorum: argenteorumq; uasorum maximam proh inclamauit fili in te rex certe non est:qui ex tanta uasorum copia:quæ a nobis accepisti:amicum tibi comparaueris nemiuē:sed bene res habet filii tui:& imprimis.IOANNESFRANCISCVS æques auratus animi dotibus ornatus & corporis decore:formositateq;:quæ θεων ερικυδεα δωρα.idest dona deorum gloriosa dixit Homerus : præstantissimus per paterna uestigia alacriter incedit: teq; (liceat modo uera fateri)& maiores aliquando superaturus:etiam illum illum in quam Opizonem REVERENDISSIMVM antistitem qui inter cætera eius:& præclara in religione documenta considerans auaritiam omnium uitiorum:procreatricem quicquid illi ex prouentibus annuis supererrat ad decus: ornamētum & honorem dei:diuinarumq; rerum conferrebat.Huius rei indicium manifestarium est ædes baptismalis in clarissima urbe Parma olim & nunc musarum altrice:cuius erat patricius ipso procurante:& impendēte sumptuosissime:& splendidissime erecta:ita ut inter miranda orbis opera connumeretur.Certo præt erea certius est:ut legimus in quadam oratione luculenta profecto:quam de Matrimonio in honorem.D.Ioannis Muciarelli generi tui uiri consumatissimi:perfectissimi:& absolutissimi.D.q; Hippolitæ filiæ tuæ forma:pudicitia:moribus:& natalium generositate quasq; matronas superantis.Iacobus Vallensis nunquam ame sine honoris præfactione nominandus composuit:eundem Opizonem ex innata liberalitate parmensem plebem teterrima fame laborantem quotidiana alimonia:continua elemosynali oblatione pauisse: recreasse:& quodāmodo in orci & proserpinæ peculio annumeratam ad superos: & uitam reuocasse: ex quo uniuerso populo acclamante de sancto Vitale ob uitam restitutam merito cognomen adeptus est quod ad nostra hæc usq; tempora tradente sibi inuicem posteritate seruatur amatur:& adoratur: fauorabiliusq; est apud parmenses:q̄ fuerit apud romanos cognomen publicolarum:quod a publicis cōmodis illi familiæ adhesisse quis dubitat? O cognomen sanctum O cognomen uitale diuinitati comparandum: Quid Catones: Quid Brutos:Quid scauros suspicimus?Vnum est in toto orbe terrarum cognomen suscipiendum:admirandum:& diuinis honoribus prosequendum.Sed ad te iam redeo:quem cum tantis uirtutibus decoratum esse illustris Ludouicus sphorcia olim Mediolanēsium cymbæ gubernator intueretur Senatorio ordini te ascripsit:suorumq; consiliorum te fecit participem:non ignorans principem non solum ipsum præditum prudentia:cuius fructus(ut inquit Solomon)melior est auro:& lapide pretioso:uerumetiam consiliarios prudentes habere debere:quibus bene consulentibus fidem possit adhibere.In quo magistratu:& dignitate publicis etiam negociis districtus nullam diem unq̄ sine lectione:& literatorum uirorum confabulatiōe:qua Alexander Romanorum imperator recreari:& pasci se dicebat:transire permisisti:ut facundia cæteris non esses inferior iudicandus.Legeras enim quod scribit Tacitus neminem priscis temporibus magnam potentiam sine eloquentia consecutum:&(ut idem est auctor)ueteres Romanos sibiipsis persuasisse neminē sine eloquentia aut assequi in ciuitate:aut tueri conspicuum:& eminentem locum:unde a prudentissimis uiris illud parysatidis dictum dilaudatur:quo Artaxersem filium monebat ut cum orationem esset habiturus ad populum: uerbis grauissimis:& ornatissimis uteretur.Adde q̄ tecum semper bonorum:& integrorum habes cateruam ex quo non potes esse non bonus.iustus & integerrimus:Quis enim adeo ineptus est:ut ambigat eum esse & bonum:& iustum uirum:qui bonorum:iustorumq;:uirorum consuetudine utatur:& familiaritate? Trahuntur enim a conuersantibus mores(ut inquit Seneca)&(ut auctor est Aristo.)qui iusto:temperantiq; se deuinxerit melior euadet. Sed quid pluribus in moror in re confessa? in te est probitas : in te fides : in te grauitas:in te religio:in te omnia. Solus habes laudum quicquid possedimus omnes . ad que singillatim recesenda illius ocio opus esset : qui in apum meditatione consenuit. Vnde nisi tibi hoc opus qualecunq; dedicassem : merito ingratitudinis omnium uitiorum matris: contra quam athenienses teste Valerio actionem constituerunt:accusari potuissem.a quo uicio & si natura:qua nihil potentius semper abhoruerim: tamen frequentes parentum nostrorum & dulcioriloquæ aui nostri Ludouici admonitiones magis atq; magis alienum subinde hæc uerba in auriculis nostris semper ad bonorum dicta parentibus insonantes reddiderunt.Gratitudo fili mi(ut docet Cicero pro plancio)mater est uirtutum omnium:hinc nemo est: qui non libenter audiat:ac celeri oratione prosequatur uel Minutii magistri illius equitum in.Q.Maximum uel Mitridatis in Leonicum acerrimum defensorem suæ salutis gratitudinem singularem.Cōtra uero nemo est sensus:& rationis compos:qui cum aut Sextili in.C.Cæsarem:aut.C.Pompili in.M.Tullium Ciceronem maximos duos:& eloquentissimos uiros ingratitudinem inuitus:merensq; audit:non illos uel mortuos oderit: atq; execretur:& per omne conuitii:contumeliæq; genus insectetur.Tanta est ingratitudinis abhominatio. unde non immerito(ut ait Xenophon)apud Persas ingrati seuerissime puniebantur.Illis enim erat persuasum ingratos mirūmodum & deos:& patriam & amicos floccipendere.Itaq; fili nostra sequere uestigia:Magnificum Iacobumantonium comitem:& equestri dignitate decoratum:patronum tuum ueluti numen ue

nerare: nam post deum quicquid diuitiarum: quicquid quietis: & ocii: tranquillitatisq; a nobis possidetur: id totum acceptum Magnifico Iacoboantonio referrimus ille nobis fecit haec ocia deus una cum Magnifica eius uxore Veronica: quae quia illi in manum uenit foelix: & fortunatus existimatur. omnia enim habet: quae in uxore desiderantur. est forma eleganti praedita: probitate insignis: natalium antiquitate: & nobilitate generosa. & non tam pecunia bene dotata q̃ pudicitia: pudore: sedato cupidine: deorum metu: parentum amore: & cognatorum concordia. huic si omnes essent similes foeminae nulli illa graecorum carmina probarent νομιζεσ ιμασ δουλοσ ειναι το βιω ομη γαμων ανθρωποσ ουκ εχει κακα. idest cogitatio si duxeris uxorem te in omni uita seruum fore. Vir sine uxore malum expers est: sed omnes concordi pectore illud subinde reciperent γυνὴ δε χρηστη πηδαλιον εστοιχιασ. idest uxor bona gubernaculum est domus: legemq; Platonis sequerentur: qua ille praecipit: ut unusquisq; uxorem ducat: qui non duxerit pecunia mulctetur: & dedcore. Vnde non sumus castigandi si optemus ut hi duo optimi: & irreprachensibiles citra ullum incõmodum foeliciter annos traducant ne storeos: & q̃uis illud ratum sit: & quasi incõmutabile παντα φερει δολιχοσ χρονοσ οιδεν αμειβειν ουνομα και μορφην και φυσιν ηδε τυχην. i. Aeuum cuncta rapit. furtiuaq; tempora mutant naturam: fortem: nominaq;: & faciem: nullo tamen aeuo Deorum benignitate commutentur: quin Veronicae IACObusantonius Iuuenis. Veronica Iacoboantonio puella esse uideatur: qui est profugium calamitosorum: subsidium inopum: bonorum substentaculum: splendor Italiae: Decus nationũ: Lumen seculi. Omniumq; uirtutum sanctissimum exemplar. Haec igitur serenissime comes in Persium commentaria nuncupatim tibi dicata sine pronocatione electo iudici frugum mearum primitias: quae Viginti & unũ annos natus sub incude literatoria excudi: hilari uultu: & fronte non matutina suscipias quaeso: ueluti pignus: & monumentum meae erga te obseruantiae: munus haud quaquam preciosum: sed quo nullũ preciosius a cliente tuo Plautio accipere nec debeas: nec uelis: nec possis. Quod si tibi gratum: & non iniucundum cognouero sublimi feriam sidera uertice: & te tanto uindice uitilitigatorum linguas cote liuoris acuminatas: & inuisorum qui tantũ legunt ut carpant: uituperonumq; morsus uirulentos haud pertimescam: Vale fausititer: & genio fauente: meq; clientulum tuum si non amare: saltem diligere ne dedigneris: qui te uenerot: & colo.

FINIS.

¶ Admirabuntur nonnulli forsitan me equitem & auratum copulasse: arguentq; inscitiae mali iudices: tanq̃ equitem imperfectam significationem habere existimauerim nisi auratus adiungatur: quod profecto falsum est. scio etenim equitem hominem equo insidentem significare: & ipsum equum: hominemq; dignitate equestri decoratũ: cuius ordo olim fuisse constat inter patricios: & plebem. adiunximus autẽ studio: & data opera auratum: ut Magnificum Iacobumantoniũ: & eius filium non solum equites sed auratos esse demonstraremus. i. omnibus uirtutibus adeo ornatos: adeo insignes: & praeclaros: ut aureis ueluti laminis clarius (ut ita dicam) Sole coruscantibus cincti esse uideantur. & reuera sunt ita nitidi: ita radianti uirtutis coruscamine insigniti: ut omnium illos aspicientium oculi caligine quadã nebulosa offuscentur: & hebetes fiãt. Quod ergo alii insignẽ: nobilẽ: praeclaꝝ: & praestantissimũ dicunt: nos ab auro: quod dignitate caetera superat metalla: auratum dicimus: ut hoc epitheto eius inter alios praestantia facilius cognoscatur. nemo ergo: quae nõ intelliget carpat: nemo de libro meo temere iudicet: sed prius legat: & quae intellexerit si male dicta postea despiciat: ne non ex iudicio: sed ex odii praesumptione ignorata dãnare uideatur. Tunc enim re diligenter trutinata errores nostros si qui erunt: erunt fortasse aliqui (operi enim longo fas est obrepere somnum) diligenter: & incõtinenti opera retractabo classicos scriptores imitatus: & imprimis Hippocratem: qui quosdam suos errores ne posteri errarent confessus est. Deinde. M. Tullium qui non dubitauit Catullum: atq; Lucullum (sic. n. libri ab eo aediti appellantur) aliis postea scriptis emendare: Postremo Augustinum qui libris retractationum libros iam editos repastinare non erubuit. de nomine oppidi maiorum nostrorũ: & nostrae tempestatis hominum secuti sumus consuetudinem omnium rerum & maxime uerborum reginam teste Gellio: ne noua nominis appellatione dubius lector efficeretur. celebratum enim est illud graecum prouerbium αμαθεστερον πωσ ειπε και σαφεστερον idest indoctius & apertius loquere. potes tamen scribere bellofortis (si placet) illud notandum q̃ charta. xx. ornatio scriptum est pro ornatus: & charta. lxxi. percipe pro accede. In epistola autem charta. ii. nobilium pro nobilissimorum: charta. v. incommutabile παντα pro incõmutabile αιον παντα. item φυσην pro φυσιν preciosius pro p̃ciosius. Si aliqua inuenientur in quibus orthographia minime fuerit obseruata impressoribus ascribas uelim, quod si secus facies tunc ego te cordis habere nihil existimabo.

IOANNIS BAPTISTAE PLAVTII FONTILATENSIS AD LECTORES EPISTOLA.



T in exponendis auctoribus:& precipue poetis: qui(ut scribit Plato)μανωσ περ πατερεσ τησ σοφιασ εισι ηγεμονεσ.idest nobis tanquam patres sunt: & duces sapientiæ:quorumq; eruditio multiplex: uaria: atq; recondita habetur:a ueteranis:antesignanis:& primæ classis interpretibus:qui attentiore cura illustrium scriptorum operatę uoluentes ex obseruatione eorum quæ legissent ad exponendos poetas accessere: Tirunculus non recederem : & ne illotis (ut aiunt)pedibus fores:& liminarem nostri operis paginam ingrederer cõtra omnium hactenus consuetudinem: Vitam poetæ: Titulum operis: Qualitatē carminis scribentis intentionem:numerum librorum:& auctoris uerba:sensusq; penitissimos:& obscuras:ac difficiles quæstiões ornate:dilucide: breuiterq; pro uiribus explicare operepretium esse existimaui : si modo prius uos in hoc monitos reddidissem cæteros qui ante me in Persium numero platonis(ut dicitur)difficiliorem commentaria scriptitarunt:quędam subuertisse: nonnulla cõculcasse:multa tanquam canis in Aegypto: fugientes salutauisse:q̄ plurima uero secus q̄ bono interpreti : & de litteris bene merito : quiq; non solum ad Aristarchi : sed etiam ad Cleanthis:lucernam Incubrasset conuenerat tradidisse.Ob quod eorum diligentiam exposcere:& eruditionem desiderare:incuriamq; morsu Theonino prosequi:& macheram nostram non hęberem:stilumq; non retunsum in eos exercere poteram:si quorūdam grammatistarum:& nebulonum huius nostri temporis mores sequi:q̄ ingenuos:humanos:& uere litteratos maluissem: quibus cum manifestissimum sit neminem tanto ingenio:tanta doctrina:tantaq; sapientia præditum:ut nunquam labatur:neminem tam circunspectum(ut Senecæ uerbis utar) cuius nõ diligentia aliquā do sibi ipsa excidat:errantes amabiliter corrigunt:litteras a situ:& squalore neminem lacessentes uindicant & in iuuenibus uirtutem subolescentem miris laudibus excipiunt:& ad errores suos castigandos:si quos iudicio:quod pro lapide lydio haberi debet:inuenerint:uerbis mellifluis:& uiris libere educatis conuenientibus adhortantur:neq; enim est ulla disciplina:aut ars:quæ singulari consumata sit ingenio : nec ullus omnia scire potest: dicente Homero.αλλα ουπωσ αμα παντα θεοι δοσ ανανθρωποισι: idest sed nullo modo simul omnia dei dederunt hominibus:& ubi uires desunt diligentia satis est:unde Plato a labeone inter semideos teste Augustino numeratus:a quo qui dissident(ut inquit Cicero)Plebei omnes philosophi appellandi sunt:architæ respondens ait.Quæ apud me sunt commentaria:de quibus scripsisti: nondum satis lucubrata sunt nec unquam satis erunt:ea tamen misi.Itaq; nominibus uiuentium parcens:Ignorantiam detestatus satis mihi ad gloriam: quam πονοι κτεοσι:idest labores generant:& ad uberrimam nostri operis:annua cura : ac labore immenso editi utilitatem fore arbitratus sum : si distincte : eleganter : atque ornate uera , scitu : & memoratu digna : solisq; litterarum Antistibus obuia mira uarietate:quæ παντωνεστιν γλυκυ:idest omnium rerum suauissima est:ex intimis doctrinæ penetralibus eruerem:cum ut doctrina prodessem & diligentia delectarem:tum ne illius sententiæ pareneticæ immemor iudicarer:quæ apud græcos hæc eleganti : graphiceq; conscripto epigrammate continetur.εσ θ λαλεγειν αει παντασ καλον αισχρα δ'ειπειν κακωσ τουτων αξιοισιν λεγομεν.hoc est bene de omnibus dicere pulcherrimum turpia autem loqui graue:& si hi de quibus mala dicuntur his conuitiis sint digni. Oratio enim hominem plerunq; indicat.Vnde non absurde Agesilaum tradunt:cum quenquam intueretur:qui alium uituperaret: laudaret ue:dicere solitum: se non minus ex ipsa oratione iudicium facere de eo:qui diceret:q̄ de quo diceretur.Iudices ergo forsitan ęquiores:humanioresq; experiar:etiam si aliquid paulo inconsideratius dictum in commentariis nostris reperietur:& eo magis cum si quid male ceciderit Platonice me peccasse non ignorauerint: qui in protogora ait sapientes omnis:qui mala: turpiaq; committunt præter uoluntatem peccare:Inqua non in facto crimen est(ut inquit apostolus) Sed qđ instat agamus ne ueniam antequam peccauerimus deprecari uideamur.

CVITA POETAE.



Vlus Persius flaccus non ligur(ut quidam somniant)sed hetruscus patre flacco: matre fului Olympiade ducentesima tertia imperante Tyberio uolaterris natus est(ut testatur Eusebius)& ætate Neronis floruit magistro usus cornuto(ut ipse in penultima Satyra apertissime docet)ānumq; unde trigesimum agens excessit:cum prius has Satyras quas enarrandas suscepimus posteritati reliquisset:& hæc de Persii uita.nam quæ præterea(ut cum Politiano loquar de illius uita ex antiquis aliquot incertæ:ac friuolæ auctoritatis commentariis circunferuntur:ea neq; adducere in medium:quoniam sine auctore:neq; aut affirmare: propter zoilos ubiq; insidiantes:aut refellere in animo est : ne ψυχαγωγιασ χαριν.i. delectationis gratia:id fecisse maleuoli suspicentur. Prouidendum enim non solum ut ipsi simus iusti:sed nec cum peccatoribus moremur:quia hoc in peccati parte ducit propheta: &(ut uerbis utar Biantis) οι πλειστοι ανθρωποι κακοι.idest plurimi homines mali: qui & ignorant : ꝙ pro ueritatis defensione και τα οικεια αναιρειν δει:idest etiam propria iugulare:& refellere oportet(ut scribit Aristoteles,)



Atyrarum genera duo agnoſcimus. Alterum antiquius tam a græcis q̃ a latinis uſurpatum. Alterum recentius: qđ cum ab antiq ore deflu xerit: latini tñ excoluerũt. de quoꝝ origine q̃dam breuiter ſubnotabo. Mos fuit antiqs Athenienſibus adhuc qdẽ p pagos diſperſis: atq̃ agriculturę operam dantibus: ut cum ſoluti ab opere ruſtico eſſent: genioq̃ indulgerẽt: q̃dam inter ſe iocularia cõuitia p ludicrum funderent: q mos deinde in pompã quoq̃ & ludos deoꝝ uocatus eſt: Ita ut ſupſtãtes plauſtris ſaltarẽt: & in obuiũ quẽq̃ ſcõmata iacerẽt: deinde extẽporanea quoq̃ poemata effutirẽt. Quare adhuc græci: cum quẽq̃ grauius cõuitiarũ ꝓuerbio ſignãt εξαμαξω cum dñt. hoc eſt e plauſtris eſſe locutũ. Hoc deinde poetæ imitati: partim antiq̃ comœdiã iocis: atq̃ amaritudine refertã: partim ſatyricã fabulã excogitarũt: argumẽtis: dictiſq̃ iocularibus cõpoſitã: q̃ pſonis introductis comœdię par erat: ſed maiore laſciuiebat licentia: ſalibuſq̃: & iocis abſoluebat̃ nã nõ heroes: aut reges: qđ tragici faciunt: ſed ſatyri dii ſilueſtres ꝓcaces iocularia: & laſciua inter ſe iactantes: ludẽdi: iocãdiq̃ cã inducebant̃: ſimul ẽt ut ſpectator inter res graues iocis: & luſibus delectaret̃. erãt autem hi ſatyrus canus: ſatyrus ipubes: ſatyrus adoleſcens: ſilem oẽs qdem: ſed his quoq̃ iter alios: q παππος a græcis: hoc eſt auus appellabat̃: cuius facies torua: atq̃ aſpectus truculentior: q̃ cæterorũ: ac ferino ſimilis: atq̃ id genus pſonę fictæ: qđ Iulius pollux docet. In quo genere poematis claruere apud græcos Demetrius nõ phalereus ille: ſed ex tharſo qdam ſatyricus (ut placet Laertio): & Xenocrates: phliaſius timon: Itẽ Menippus ſeruus (ut Apuleius: & A. Gellius oſtẽdũt): & alii pmulti. Apud nos pacuuius. Enni⁹ Et. M. Varro ille romanoꝝ eruditiſſimus: q eo ſtilo ſatyras: quas alii Cynicas: Ipſe Menippeas appellat cõpoſuit: ut q̃ inſcribit̃. Neſcis qd ueſper uehat: & de offõ mariti: Et teſtm̃: & ille q̃ grecos hñt titulos: ut περι εδεσματων ονος λυρας γεροντοδιδασκαλος υδραχνος παπποχιον. aliæq̃ pmultę. quas oĩs uir ille doctiſſimus iucũditate quadã: atq̃ hilaritate cõſperſit poſt quos oẽs: cum iam lata lege romæ: ut ſiqs malũ carmẽ in quẽq̃ ſcripſiſſet: eius rei ius: iudiciũq̃ eſſet: poetæ ſcenici a male dicẽdo metu pœne deſtitiſſent: ſcipionis: ac Lelii ætate, acerrimi poeta igenii: miræq̃ eruditiõis: atq̃ urbanitatis Lucilius extitit: q cum ſuoꝝ tempoꝝ uaria flagitia ęquo aĩo ferre nõ poſſet: hãc ſatyrã recentiorẽ: q̃ tota noſtra eſt: inqua acerrime uaria hoium uitia inſectaret̃: excogitauit: in eaq̃ primus inſignem laudẽ adeptus eſt: q quoſdam (ut ſcribit Fabius) ita deditos ſibi amatores habuit: ut eum omnibus poetis anteferre non dubitarẽt: quamuis Oratius (non ſine tamen ęmulationis ſuſpitione) eum in ſermonibus ſuis fluere lutulentum dixerit: & aliqd eſſe quod tollere poſſis. Sed qm̃ auctore Cicerone ois: quæ a rõne ſuſcipitur: de aliqua re inſtitutio debet a definitione proficiſci: ut intelligatur qd ſit iam de quo diſputetur: tandem qd ſit ſatyra diſſeramus. Satyra inquit Diomedes eſt carmen apud romanos maledicum: & ad carpenda hoium uitia compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius: Oratius: Perſius: & Iuuenalis: At olim carmen: qđ conſtabat ex uariis poematibus: ſatyra uocabat̃: quale ſcripſerunt Ennius: & pacuuius. Dictam aũt ideo ſatyram exiſtimauerũt ueteres: qa ſatyra genus eſt lancis: quæ referta uariis: multiſq̃ primitiis in ſacrificiis cereris inferebat̃: & a copia. ſeu ſaturitate rei: ſatyra uocabatur: cuius generis lancium & Vergilius meminit: cum ſic inquit. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Et lanceſq̃: & liba feremus. M. Varro ſatyram appellatam eſſe tradita quodam genere farciminis: quod multis rebus refarciebatur. Eſt autem hoc poſitum in ſecundo libro plautinarum quæſtionum. Satyra eſt uua paſſa: & polenta: & nuclei pinei ex muſto conſperſi. alii ad hæc addunt de malo punico grana. Feſtus pompeius exiſtimat idem fere quod. M. Varro ſcribens ſatyram eſſe genus cibi ex uariis rebus conditum: & genus carminis: ubi de multis rebus diſputatur. Alii ab antiq̃ fabulæ argumento ſatyram hanc dictam eſſe arbitrantur: quia in hoc carmine ridiculæ res: pudendęq̃: quæ uelut a ſatyris proferuntur: & fiunt: de quibus Macrobius: Ouidius: Plinius: Solinus: Diodorus: Hieronymus: Pauſanias: Philoſtratus cæteri plura tradiderunt: quæ pluribus in locis in cõmentariis aliis noſtris: quæ prope diem exhibunt: rettulimus: Vel dicta eſt ſatyra a Vocabulo latino: quaſi ſatura: a copia: ſaturitateq̃ rei. Non deſunt qui exiſtimant ſatyram deriuari a lege ſatyra (ut auctor eſt Diomedes) quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit: q. ſ. & ſatyrica, carmina multa ſimul poemata comprehendunt: cuius legis Lucilius & Saluſtius meminerunt & hactenus de ſatyra.

CQVALITAS CARMINIS.

IAMbicum metrum eſt: cuius duo ſunt genera. Alterum apud uetuſtiſſimos comicos in uſu fuit: quod teſtat̃ Oratius. Hunc ſocci ſumpſere pedem: grandeſq̃ Cothurni primuſq̃ hoc carmine ſcribere cæpit Archilochus: de quo idem Oratius Archilochum proprio rabies armauit iãbo: quo uſus eſt in licãbẽ: qa ei neobolem deſponſatã iam filiã denegauit (ut acron eſt auctor) Altero uero iuniores dumtaxat uſi ſunt: Vetus iãbicũ: comicũ: ac tragicũ dr̃: hoc aũt puꝝ trimetrũ nuncupat̃: ſuſcipitq̃ tres pedes iuicẽ mutatos iambum: pyrrichiũ: & ſpondeum: nec niſi raro apud ueteres in uſu fuit: At q uetus iambicum in diſparibus ſedibus hoc eſt prima: tertia: & quinta qnq̃ pedes ſuſcipit Dactylum: Spondeum: Chorium: Anapeſtum: & a quo denominat̃ Iambum in ſecunda uero: & quarta Anapeſtum: Choriũ: & Iambum. Sexta ſedes (& ſi uarie uſurpet̃) proprie tñ Iambũ uel Pyrrhichium reqrit. Nouũ aũt iãbicũ in primo: tertio: & qnto loco iambũ: aut ſpondeũ capit: In ſcdo & quarto ſemp: In ſexto iambũ ſiue Pyrrhichiũ (ut & Cenſorinus docet) quos pedes cũ nõ habet: ſed ſpondeũ. Scazon. i. Claudicãs appellat̃: & tale eſt in hoc ſuo ꝓlogo poetæ nr̃i carmẽ. hoc aũt carminis genus deſignat Ouidius illo uerſu. Extremũ ſeu trahat ille pedẽ. Inuẽtũ eſt ad maledicẽdũ: & ad ulciſcẽdũ: uñ ultor dr̃. Stra. hinc minax ultorẽ ſtringit iambon. cuius (ut Diomedes refert) ꝓcipui ſcriptores fuere apud græcos Archilochus:

& Hyppomax: apud romanos uero Luci. Catullus & Oratius bibaculus. sumpsit nomen ab iambo (ut dictum est) Iambus autem: quem cursorem dixit Ruffinus in arte sua ab eo: quod ιαμβίζειν graeci detrahere dixerũt (ut auctor est M. Capella) uel a ιαπτω quod est noceo: uel ab iambes puellæ nomine: quæ celei & meganiræ famula cererem ad eos delatam: cum proserpinam quæreret conuitiis quibusdam inuasit: ac male tractauit: unde iambice loqui philostrato est contentiose: contumeliose: & mordaciter. Alii Meganiram unam de celei ancillis fuisse annum: tradunt: de qua intellexit Ouid. in. v. Met. prodit anus i. meganira. Nicander οττιν κελεοιο θεραπναιο χαρχαια μεγανειρα θειν δ' ειδεχτο περιφρων.i. quando in celei ancillis uetula meganira deam per manum accepit prudens aut casta. Non desunt: qui alias etiam adducant & referant huius nominis origines: quas silentio prætereo quia & cognitæ sunt: & alibi a nobis diligenti sedulitate: & studio curioso annotatæ reperiuntur: illud notandum ꝙ commentator nicandri iambum puerum appellat. Diomedes uero iambem puellam celei famulam dicit: quæ cererem male tractauit (ut dictum est.)

¶INTENTIO POETAE.

INtentionem poetæ nostri diuini: & morum censoris accerrimi hanc esse autumo ut prosit: & delectet iuxta illud Oratianum. Aut prodesse uolunt: aut delectare poetæ. Aut simul & iucunda: & idonea dicere uitę. Delectat aures lectorum facundo: tesono: & eloquenti carmine: rerumq; uariarum narratione: qua nihil amœnius: nil suauius: nil dulcius esse potest. hęc enim reficit: & reparat animos: magnamq; si Quinti. credimus affert legentibus utilitatem. Prodest ob singularem eruditionem: rerumq; doctrinam copiosissimam: quæ cum in omnibus satyricis magna conspiciatur. In Persio maxima redundat. Prodest & dum impios: superbos: auaros: luxuriosos: Inuidos. adulatoresq;: & id genus alia sexcenta uitia reprehendit: stiloq; satyrico succensus insectatur: uirtutesq; extollit: & præconio laudum non mediocri prosequitur: ut ad eas exeolendas lectores alliciat: & ad uitia relinquenda turpitudine adhortetur: unde fit: ut qui hunc diuinum poetam: morumq; censorem optimum non amauerit amando non intellexerit: & ediscere non curauerit tanto ab ipso uirtutis itinere aberret: quantum hipanis ue neto dissidet eridano. huius enim sermo non est inanis: sed ex præcepto senecæ monet: Consolatur: & ptotrepticus est hoc est monens & instituens.

¶NUMERUS LIBRORUM.

DE numero librorum qui dubitaret adhuc inueni neminem: quandoquidem: illis Quintiliani uerbis nihil fit celebratius. Multum quoq;: & ueræ gloriæ quãuis uno libro & Persius meruit. Martil. Sæpius in libro memoratur Persius uno ꝙ leuis in tota Marsus amazonide. Sed iam solnamus oram iudicum censuram nihil formidantes: quos multos fumit: qui scribit (ut inquit Hieronymus.) etenim segnes: pusillanimesq; nunquam palmam consequuti sunt: opus est ergo magnanimitate: & fiducia: quandoquidem illius: qui per ignorantiam negligentiamue aberrauerit debita pœna nulla alia fit: ꝙ ut sciens efficiatur: & diligens (ut apud Plau. auctor est Hermocrates.)

¶VITA AVLI PERSII FLACCI EQVITIS ROMANI PER CORNVTVM PHILOSOPHVM EIVS PRAECEPTOREM FOELICITER INCIPIT.

AVlus Persius Flaccus. Natus circa pridie no. decemb. Fabio Persio. L. Vitelio consulibus decessit. viii. Kal. decemb. Fuluio sario. Assinio gallo consulibus. Natus in Ethruria uoluteriis eques romanus: sanguine & affinitate primi ordinis uiris coniunctus: decessit ad. viii. miliare uia appia in prędiis suis. pater eius flaccus eum pupillum. reliquit admodũ puerum annorum fere. vi. Fuluia siccena mater eius nupsit postea Roscio equiti Ro. qui Persium quoq; extulit & nutriuit itra paucos annos. Studuit Flaccus usq; ad. xii. annum ętatis suę uolaterris. Inde Romę apud grãmaticum heremium palemonem & apud rethorem uirginum flauum. quuq; esset annorum sexdecim amicitiam ac cepit Annei Cornuti philosophi. ita ut ab eo nusꝙ discederet. a quo etiam est introductus aliquatenus in philosophia: amicos habuit ab adolescentia prima Cassium Bassium poetam & calpitrum staturam qui uiuo eo iuuenis decessit: Flaccus coluit ut patrem Seruilium: nouianum cognouit & Cornutum & Lucanum equum auditorem Cornuti. Nam Cornutus eo tempore Tragicus fuit sectę poeticę qui libros philosophię reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci ut uix retineret se illo recitante a clamore. Sero cognouit & Senecam. Sed non ut caperetur eius ingenio usus est apud Cornutum coniunctum amicitia duorum amicissimo rum uirorum & doctissimorum & sanctissime uitę atrite tum philosophãtium. Claudii ac saturnini Medici lacedemonis ac patroni Aristocratis magneti: quos unice miratus est & emulatus cum equales essent. & Cornuti minores: Ipse idẽ decẽ ferre annos summe dilectus apud trusẽã ita ut peregrinaretur quoq; cũ eo aliquãdo cognatum eius. Arriano habente uxorem fuit morum leuissimorum: uerecũdię Virginalis formę pulchræ & probe ætatis. erga matrem sororem & amico exemplo sufficiens fuit frugi & pudicus reliquit ut quidam asserunt matri & sorori scriptis tantum ad matrem codicillis rogauitq; eam ut daret Cornutu ut quidam centies & alii uolunt plures & argenti uiginti & libris circa septingentas Crisippo: siue bibliothecam suam omnem. Verum a cornuto sublatis libris pecuniam sororibus quas hæredes hunc ipsum librum imperfectum reliquit uersus aliqui dempti sunt de ultimo libro & quasi finitus esset leuiter contraxit. Et cessio basso petenti: ut ipse edere tradidit edendũ. Scripsit ẽt Flaccus in pueritia ꝓtexta inductus: & cohopertus librũ unũ & paucos sorori trassie in artiani m utrẽ uersus ꝙ ante se uirum occiderat omnia ea ut aboleret Cornutus mater eius auctor fuit editum librum continuo mirati cũ diripere homines cœperunt decessit autem uitio stomachi anno ætatis trigesimo: sed mora scola & magistris diuertitur lecto libro lucilli decimo uehementer satyras componere studuit: Cuius liber principiũ imitatus sibi oibus detractuę cũ facta professione & oratorum insectatione in sectatetur Neronem principem illius temporis culpauit. Conuersus in Neronem cum ita se haberet. Auricu

las asini nuda rex habet. In eum autem modum a Cornuto tantummodo est commendatus: auriculas asini qs non habet ne hoc in se dictum quis arbitraretur Persius hic diu dubitans utrum militiæ an poetriæ incumberet: tandem ad satyram scribendam animum applicuit & cœpisset scribere utranq; re icohauit: donec ex sua ipsius animi putabilitate scribere icohauit fuit autem sciratus genere tuscus discipulus bassi philosophi hoc uero initium carminis est præfatio tragicum a delectione scandere incipiens. In hac autem præfa ione apologiam: idest excusationem facit & excusat se quodammodo non ideo scripsisse ut poeta appareret: sed potius impulsus mentis quodam ꝙ tunc uidebat multos poetriæ incumbere: ut inde salarium mererentur. Salarium est præbenda unius diei. Vnde ostendit se coactum ut scriberet. Vnde non poetam se uideri uult uel uocari & per suam personam uult intelligi aliorum personas qui ob famam scribebant. Satyræ proprium est ut uera humiliter dicat & omnia cum fama faciat. Item satyra dicta est quia uarius rebus contra. s. lex apud romanos lara quæ fugatis ueibis fallit audientes ut aliud dicat: aliud significet.

¶CLARISSIMO DOMINO ANGELO MARCELLO MAGNIFICO PATRITIO VENETO IOANNES BONARDVS SACERDOS VERONENSIS FOELICITATEM.



Vm singulare tuum in litteras patrocinium & peculiarem in me humanitatem semper prospexerim nullus dignior uisus: cui iucundissimos hos labores meos: idest Cornutum Eruditissimum Persii uatis præceptorem ac eiusdem interpretem fidissimum diu mancum lacerum & temporum incuria undecunq; deprauatissimum operosa industria mea in pristinum candorem quantum licuit redactum dicarem: sub tuoq; nomine diligentissimo uiro Ioanni Tacuino imprimendum tradidi. quare colende domine ut ad grauiora audentius accingar: Serena (utquæq; soles) fronte tenue hoc munusculum suscipito: quod erit incredibilis meæ in te obseruantię monimentum certissimum. Hos igitur breues quidem: sed non pœnitudos commentarios (cum a publicis negociis ocium dabitur) degustos oro: non enim poteris candidas eius enarrationes non amare: Cuius poema magna admiratione excolueris: bene Valeat magnificentia tua: Cui me unice commendo.

¶IOANNES BRITANNICVS BRIXIANVS SENATVI POPVLOQVE BRISIANO SALVTEM.



Vm multa & uaria in rebus humanis sint in quibus hominum ingenia exerceri solent quippe cum alii arma sequantur: alii agricolationi intenti sint: alii struendis opibus inhæreant & alii alia id genus opero complectantur: quæ omnia cum aliqua ex parte per se clara & laude digna esse possint. Meum tamen semper fuit iudicium litterarum studia ea esse: quæ omnibus sine controuersia præferantur. Nam quid homini magis expetendum sit: q̃ ut uitam optimarum artium studiis excolata. Ea enim profecto sunt, quibus ad religionem: & ad uerum dei cultum cæterasq; uirtutes formantur Litteris omnia egregia & præclara debentur opera. Quis enim nos a barbaria uindicauit. Quis rerũ cœlestium & humanarum simul cognitionem ad nos transmisit: litteræ. Quis docuit nos quæ Scipio in Aphrica: quę Metellus in Numida: & alii in aliis pręclari imperatores locis gessere: litterę. Nam maiorum nostrorum illustria opera in tenebris iacerent: nisi litterarum lumen accederent. Plato enim Pythagoras. Zeno. Socrates: & alii propemodum innumerabiles philosophi: nisi litterarum monumenta extitissent. nec ii fuissent quales nunc nominãtur: nec eorum nomina ad nos transiuissent Nullum quidem puto maius ab immortali deo hominibus dari potuisse domum. In humanis scimus opes diuitias. Dignitates: Honores: Dominatus: Imperia. & huiusmodi omnia quæ cunctis fere mortalibus exoptari solent: multa in se habere commoda: & ad hominis nomen: famamq; augendam multum ualere. Sed quis affirmet ab iis ea nobis præstari quæ litteræ largiuntur. Nam illa bona quidem sunt: sed quæ paruo temporis curriculo euanescunt. Nec iis ea uirtus est: ut ultra fere hominis ætatem alicuius memoriam extundant. Immo enim ubi qui ea possedit naturæ concessit. eius sępe nomen & fama eodem obruitur tumulo quo corpus tegitur. At litteræ non modo nobiscum non intereunt. nec circũscripto temporis spacio nomen nostrum terminant: sed quod nemini diffidendum est: ita nos morientes posteritati commendat: ut fama nostra æternitatem consequatur: & eo circunferatur splendore: qui nec annorũ multitudine obscurari potest: nec ulla alia temporum iniuria extingui. Adde ꝙ ex litteris delectatio petitur iucundissima. Nam cum cæteris rebus: neq; omnis ætas neq; tempus: neq; locus detur: iis studiis adolescentia regitur. Senectus oblectatur. Hæc eadem: ut ait Cicero: res secundas ornant: aduersis solatium præbent: delectant domi: non impediunt foris pernoctant nobiscum peregrinantur: rusticantur. Quanti autem faciendæ sint litteræ: cum multa alia. tum illud in primis nobis documento esse potest: quod homerum auctore Cicerone. Colophonii ciuem esse dicunt suum. Chii suum uendicant. Salaminii repetunt. Smirnii uero suum esse confirmant: Et cura toto populis ciuis suus dicitur Homerus: ob litteras nimirum ꝙ non paruam accessionem laudis & gloriæ Ciuitatibus fore arbitrabantur: si talem habere uirum contigisset. Quamobrem cum iis nihil in humanis pręciosius utilisue cognoscerem: ad eas semper eo delatus sum desiderio ut nihil mihi dulcius: nihil suauius uideretur. Cæterum indignum & illiberale putabam me ita litteris deditum esse: ut ex iis nihil ad communem hominum utilitatem afferem. Sed cum multa se nobis offerent: quæ labore & industria nostra nõ mediocrem uidebantur afferre posse legentibus fructum. illud potissimum aggrediendum censui. quod a iuuentute brixiana maxime exoptabatur. Nam cum superiore anno forte Persius publice legerem: in eiusq; expositione a me nonnulla dicerentur: quæ uel præter multorum opinionem dici uidebantur: uel a quoq;: & si scitebat ætate nostra litteris prodita non erant: nonnulli adolescentes Brixiani. qui non minus litteris q̃ probitate morum præfulgent. Et in primis Gabriel Emus patricius Venetus excellenti adolescens ingenio: in præsens discipulus meus hortati sunt:

ut quæ a me dicta fuerant accuratius collegerem publicaremq;. Quod & si profitendi officio & aliis negociis familiaribus impediebar: ut ad id efficiendum nullum mihi tempus concedi uideretur: tamen ne eorum causa noluisse: aut me laboris pertesum esse putarent: negocium suscepi. & eo quidem studiosius: quod eiusmodi res esset quæ mihi beniuolentiam & gratiam conciliatura esset: & illis utilitatem allatura. Persium enim cognosceuam eum esse poetam: quem certe omnibus eiusdem operis auctoribus præferendum non dubitarem. In eo namq; mira eruditio: & acerbitas: uenustatis plurimum: fœlix non parum. Quis enim Persio magis ad uitia fugienda nos doceat. Quis ad uirtutem sequendam magis erigat. Cęterum cum temporum mihi ratio constaret: quibus tanta hominum iniquitas irrepsit: mihi non fecisse hilum uidebat: nisi opus meũ is dicaret ut: Quorum patrocinio & potentatu ab improborum inuidia tutum esset. Itaq; amplitudini & fidei uestræ Ciues Brixiani me totum: & omnia trado dicoq;. Illud a uobis igitur peto pro ea humanitate & fide qua inter alios mortales semper claruistis ut quod opera & industria nostra ad communem oium utilitatem in Persii expositionem elucubratum est: ita sinu uestro excipiatis: ut ab eorum morsibus: qui alienæ semper uirtuti inuidenti tutum pręstetis. Neq; tamen ita amens sum: ut æstimem me malignitatis humanæ dentes uitare posse. Præsidio tamen & auctoritate fieri uestra potest improborum latratus me minus offendant. Nam q publica fouetur ęstimatione ab iniquis minus audacter detractari solet. Quod si has studiorum meorum primitias iudicio uestro probari sensero maiori cum fiducia alia quę iam cepta sunt propediem edemus Illud enim mihi maximum esse lucrum putaui: q̃ maxime uestris seruire commodis: & ea omnia cogitare & ea facere quæ dignitatem & amplitudinem uestram pro mereantur: Illud addo me hanc interpretationem eo libentius suscepisse: q a poeta secundam Satyram ad Brixianum quendam Macrinum ratione temporum fieri coniiciebamus ut latius commentatus declaratur. Confido etiam quodcunq; scripsimus huiuscemodi operis studiosis non per uam utilitatem allaturam. Eos autem qui litterarum studiosi sunt: & eos præsertim qui inuidia non mouentur: oro obtestorq;: ut si qua forte a me: uel male interpretata uel prætermissa sunt: quæ plurima esse possunt: cum diuini potius sit: q̃ humani ingenii non errare: sua ipsi industria labori meo subueniant: & communi omnium utilitati consulant. Non dubito quin si Horatii pręceptum secutus fuisse, qui in arte poetica suadet editionem non esse præcipiendam: sed nouum præmendum in annum: plura a me & addita fuissent. & mutata. Festinantius itaq; editionem maturaui quæ erat in animo, ueritus. ne id mihi uiuenti accideret: quod nuper mortuo accidit Palatino municipi meo uiro Singularis doctrinæ. Qui cũ in officia Ciceronia & Valerium maximum non minus diserte q̃ sapienter quædam scripsisset eadem morte præuentus edere non potuit: quæ ab iis excepta qui gloriam alieno partam labore & periculo in se libenter transferunt: supprimuntur: ut successu temporis ipsi pro suis edant: luxuriam profecto Palatini manibus facturi maximam. Cum igitur ciues optimi nulla prorsus commotus gloria hoc tantum oneris susceperim. sed ut industria mea qui me ad hoc hortati sunt. morem gerere: uos rogo hos commentarios ea beniuolentia & liberalitate suscipiatis qua a me scripti sunt. Valete.

¶VITA PERSII PER IOANNEM BRITANNICVM.


Ersius flaccus in thuscia Volaterras habet patriã: q cũ Eusebius testetur ipseq; in ultima sua satyra innuit cum ait, Mihi nunc ligus ora intepet. hybernatq; meum mare: qua latus ingens. Dant scopuli. & multa littus se ualle receptat: Lunai portum est operæ cognoscere ciues. Nã luna oppidum est & portus tusciæ: ut sentiunt Strabo & Plinius. ostendit igitur poeta se Thuscum esse cum ait Hybernatq; meum mare. Volaterræ oppidum est hoc modo ædificatum. In profunda ualle sublimis: & præceps undiq; collis extat cuius in uertice planicies est in qua sua ipsius sunt urbis mœnia ad quæ stadiorum. xv. Ascensus est. E cuius Basi rupes tota ardua atq; difficilis. Illic aliquando ex proscriptis a Sylla qui quattuor militum complectenti ordines biennio per obsidionem præssi tandem per inducias discedentes locum illum relinquerunt. Natus est ibi Persius anno. xxi. imperii Tiberii. tertio anno post passionẽ Christi dei nostri. Mortuus anno ætatis suæ. xxx. anno. ix. Imperii Neronis quo anno thermæ a Nerone edificatæ sunt cum litterarum causa Romam uenisset annos egressus pueritiæ in disciplinam se tradit. Cornuto philosopho, ut ipse cecinit in quinta Satyra, ut ait. Cum primum pauido custos mihi purpura cessit Bullaq; succinctis laribus donata pependit Me tibi supposui teneros tu suscipis annos Socratico Cornute sinu. Eum summa pietate coluit & obedientiam. Vsus est amicitia in primis Minutii Macrini Brixiani eqũtris ordinis principis. Viri singulari modestia & fide & Cæsii bassi poetę Lyrici ętate iam adulta sex Satyras mira carminis acerbitate scripsit: quæ nunc in manibus habentur, in quibus summa eius ingenii uirtus indicatur. Vnde non immerito, Quintilianus eum multum ueræ gloriæ meruisse quamuis uno libro prodidit. Quæ ab aliis traduntur de eius uita cum auctoritate careant mihi non probantur. Tenuium opum se fuisse declarat illic. Quis expediuit Psitaco suum cheræ? Picas quis docuit uerba nostra conari? Magister artis ingeniiq; largitor. Venter.

¶VITA PERSII PER BARTOLOMEVM FONTIVM.


Ersium aggressuro in primis necessarium uisum est eius uitam ac satyram breui oratione percurrere. Aulus Persius Flaccus patre Flacco. Matre Fuluia olympiade ducentissima tertia imperante Tiberio uolaterris: ut Eusebius: ut ipse de se scribit, Lunæ potius natus est. Mediocri autem statura: insigni forma probatis moribus: ingenio: & doctrina præstanti fuit: Prima adolescentię patre mortuo. Qu. Remmium Palæmonem grammaticum Vicentinum audiuit. Mox rethoricæ sub Virginio flauo incubuit. Inde se ad Cornutum philosophum conferens familiariter secum ad interitum usq; uixit. Anno uero ætatis nono ac uigesimo: regnante Nerone interiit: unum hũc satyrarum relinquens librum: in quo ueræ laudis plurimum meruit. Satyra uero carminis genus uariis rebus refertum est, quod fere idem, quod comœdia uetus est. Nam cum in compitis ociosi diebus festis operarẽ

tur antiqui incultum ac rude carmen priscam comœdiam in uenere in qua primum bonos laudare: post etiã malos nominatim carpere assuerunt. Sed cum in dies maiore in scribendo licentia uterentur: cautum est lege ne quis eiusmodi carmen describeret: ex quo ueteri sublata noua comœdia emanauit: ætatis cuiusq; mores & personarum affectus continens. Sed ad comœdiæ ueteris formam paulatim satyra hæc irrepsit in qua siue ulla proprii cuiusq; nominis mentione uitia hominum notarentur: Priscum uero satyræ genus tam latini quã græci excoluerẽt. sed hæc noua satyra latinorũ est in qua lucilius maximam primus laudem obtinuit. Satyram autem quamuis a satyra lege multis aliis conserta legibus: unoq; rogatu multa & uaria complectẽte. Vel a satyra tibi genere diuersis rebus conditi. Vel a lance satyra: quæ multis generibus primitiarum referta sacris adhibebantur. quidam appellatam existiment: meliores tamen auctores a siluestribus Satyris in uetere fabula institutis nominauere: Verum his breuiter de poetæ uita ac Satyra enarratis explanationem ipsam aggrediamur.



Atyra carmen est. ut Diomedi placet: apud romanos maledicum: ad hominum uitia carpenda comœdiæ priscæ characteræ compositum: a qua in hoc rãtum differt: quod iambis & eiusmodi uersibus constat: & personis introductis nouæ fere comœdię par est: uitia hominum cum denominatione continet personarum. Hæc autem prima Satyra in Hexametros assurgit libertate simplex. Neq; enim personas aperte nominat. Priscæ comœdiæ princeps: inuentor fuit Susarion megarensis Tripodiscius Philini filius qui cum prauæ mulieri coniunctus esset abeunte muliere in pompa Dionysiorũ Theatrum ingressus quattuor cecinit carmina iambica: quæ sola ex omnibus eius scriptis extant. Audite populus. Susarion hæc dicit. Filius Philini Megarensis tripidi scius. Malum sunt mulieres: sed tamen o populares non adest inuenire domum sine malo. Sic enim prima comœdia schoma habebat apertum. Licuit itaq; aperte sic uituperare usq; ad tempora Eupolidis: unde Horatius: Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poetæ. Atq; alii. quorum comœdia prisca uirorum. Siquis erat dignus describi quod malus: aut fur. Quod mœchus foret aut sicarius aut alioquin famosus multa cum libertate notabant Sed cum poetę abuti licentius stilo: & passum lædere ex libidine cepissent plures bonos. ne quisquam in alterum crimen infamiæ poneret lata lege per Alobiadem siluerunt. Ex prisca igitur comœdia maiore lasciuit licentia. Satyra quę auctore Quintiliano tota nostra est: manauit in qua primus insignẽ adeptus laudẽ est Lucilius. qui quosdam: ut scribit Fabius ita deditos sibi amatores habuit: ut eum omnibus poetis præferre non dubitarent: quamuis Horatius non sine tamen suspitione æmulationis cum in sermonibus suis lutulẽtum fluere dicere: & aliquid esse quod tollere possis. Secundus post hunc Horatius: qui etiam lucilio multo tersior ac purus magis habetur & ad notandos mores magis præcipuus. Tertius Persius annumeratur, qui iudice Fabio multum & ueræ gloriæ: quamuis uno libro meruit. Quartus Iuuenalis habetur. qui & uenustate carminis. & Satyræ dignitate seruata ita commendatur: ut si alius omnino pra ponendus non sit certe. uel eis par habendus Satyrã nomen accepisse a uariis causis scribunt Diomedes grãmaticus Porphyrio & Acron idest a Satyra lance: quæ inserta. uariis multisq; primitiis in sacra inferebantur: & a copia & saturitate rei satyra uocabatur. Siue a lege satyra quæ uno rogatu multa simul compræhendit, q; scilicet & Satyra multa poemata compræhendantur: cuius Satyræ legis Lucillius meminit in primo per Satyram ædilem factum q legibus uiuat & Salustius in iugurtha. Deinde quasi per Satyram sentẽtiis exquisitis in deditionem accipitur. Siue a Satyris. quod similiter in hoc carmine: ridicule res pudendeq; dicuntur: quæ uelut a Satyriis diis siluestribus proferuntur & fiunt. hocq; uerisimilis. Nam in comœdia prisca quæ in uitia hominum apertius. ut dictum est inuehitur. salibusq; & iocis absoluitur Satyri introducti sunt dii siluestres & procaces ioculari & lasciuia inter se iactantes. Hii sunt. ut auctor est pollux: Satyrus canus: Satyrus impubis: Satyrus adolescens. Sylenus pater. atq; id genus personæ fictæ. Satyris igitur introductis Satyra nominata est. quod nomen hæc quę tota ut diximus nostra est: & ab illa antiquiore defluxit. accepit. seruauitq;. Hoc poematis genere Persius sex scripsit Satyras quarum haud dubium est prima esse. O curas hominum. Nam illud: Nec fonte labra quædam potius meo iuditio præfatio dicenda est quam Satyra: quam ideo tantum poemata pręmittit ut causaz assignet: quare animam poeticæ applicuerit. Itaq; more Satyrico opus suum ex abrupto incipiens in trimetrum iambicum erumpit: docens non ea se facilitate poetam factum esse: qua Hesiodus & Ennius poetæ facti dicuntur, sed egestate & rerum difficultate coactum ut uersus faceret.

Incipit tabula uocabulorum in margine posito torum secundum ordinē Alphabeti.

Finis Tabulæ.



CAVLI FLACCI PERSII IN SATYRAS PROLOGVS.

NEC Fonte labra: de poetis: & poetaꝝ studiis scribentes: sicut de aliis rebus uaria: diuersa: & penitus dissentanea tradiderunt. Democritus.n. poeticã natura: magis q̃ arte constare arbitratus est: In qua persuasione fuit & M. Tullius: qui pro archia scripsit cæterarum reꝝ studia: & doctrina: & præceptis: & arte cõstare: poetam natura ipsa ualere: & mentis uiribus excitari: & quasi diuino quodam spiritu inflammari/ hic Plato poetarũ genus diuinũ eẽ dicit. Agaton in conuiuio Platonis scribit amorẽ eẽ adeo sapiẽtẽ: ut alios quoq; poetas possit efficere: Origenes ille magister ecclesię in libris periarchon Virtutẽ quandã eẽ docet spiritalẽ: quæ poeticã inspiret: cuius inspiratiõe poetę replenẽ. cui poeta. quẽ ingeniosum appellat lactantius: his uersibus suffragatur. Est deus in nobis: agitante calescimus illo. Sedibus æthereis spiritus ille uenit. unde a Lucano: & Calphurnio sacri: ab Ennio sancti nuncupantur. Oratii de studio poetaꝝ loquentis carmina luculenta reticere esset piaculum. Natura fieret laudabile carmen an arte quæsitum est: ego nec studiũ sine diuite uena. Nec rude quid prosit uideo ingeniũ: alterius altera poscit opem res. At satyri nostri tẽpestate florida nõ pauci extiterũt: qui nisi fontẽ pegasidũ gustasset: & loca musis dedicata celebrasset: optimũ poetam euadere existimabant posse neminẽ: tanq̃ aquaꝝ illaꝝ haustu: & sorbitione Enthumiasmon.i. furorẽ diuinũ: uenãq; in uersibus pãgẽdis locupletẽ reciperẽt: & poetę & famigerati: illustresq; efficerenẽ. ex qbus oĩbus hos posteriores Persius nẽ subsannat: Irridet: & satyræ nõ ĩmemor latẽter: & quasi aliud agens mira dexteritate insectatur: ostendens nõ hippocrenes potu: nõ nam poetaꝝ figmẽtis: futilibusq; reꝝ argumẽtationibus: sed industria: labore: erumnisq; multi iugis poeticam: cæterasq; Virtutes cõparari/ Iuxta illud Oratianum: Multa tulit: Fecitq; puer: sudauit: & alsit. Aspera enim (ut canit Hesiodus & refert Basilius) est prio: & pene Inuia: & sudoris cõtinui: & laboꝝ plena uia: quæ ducit ad uirtutẽ: quam pauci terant: q acliuis: & aspera: & saxosa uideatur (ut auctor est cebes in tabula) Sed iam ipsa auctoris uerba bene fauẽtibus diis: qui teste Homero πάντα ἴσασιν. i. omnia sciunt: aggrediamur: quæ nodosa esse uidebuntur explicantes: quæ uero apertiora: & cognitu facilia prætereũtes: In quo illud unum promitto nihil: quod somniauerim (ut multi letoꝝ Impostores) sed quod ter: & quater apud classicos auctores: quorum auctoritas iam sit pro ratione recepta lectitauerim: In hisce cõmentariis me traditurũ: unicuiq; qd̃ summerit ascribendo: ne quis sua gloria ad quam (ut canit Silius) nati sumus: propter quã Romani & uiuere: & mori teste Augustino uoluerunt defraudetur. est enim benignum (ut arbitror) inquit Pli. & plenũ igenui pudoris fateri per quos profeceris: cum sors fiat ex usura. ¶ Nec fonte labra: sensus est nõ eo inficias me nec Hippocrenes fontis musis dedicati latices exhausisse: nec per somnium aias poetarum primæ clausis illustres recepisse quo repente optimus: sublimis: & altiloquus poeta euadere potuerim: tanq̃ illud uerũ eẽ fateatur: quod aduersarium sibi adiecisse extrinsecus intelligẽdũ est: nullum. s. cum musis Persiũ habuisse Cõmertiũ: nullãq; cõtubernalitatẽ: qua bonus euaderet poeta. Alludit autẽ ad Hesiodũ: q cũ oues patris in monte parnaso pasceret: a musis ex lauro heliconis Coronatus: deductusq; ad fontẽ caballinũ: & hausta aqua poeta ab illis cõstitutus est. Quod narrat ipse i principio theogoniæ. & tetigit Ouid. Verg. Cæteri. Hic (ut ait Pli.) primus fuit: q de agricultura scripsit: quem secutus est Verg. Vnde ipse de se sic cecinit. Ascreumq; cano Romana per oppida Carmen. huic (ut scribit Quintil.) datur palma in illo mediocri genere dicendi: quod intelligo apud græcos: nam iudicio meo: & honorati grãmatici supereminet Vergilius: Vnde Pollitianus poeta nostri temporis egregius: q Pauloante decessit non sine magna latinæ rei iactura: in silua: quæ inscribitur mantho sic cecinit. Namq; syracusis cum nix assurgat auenis Hesiodũ premit: & magno contendit. Homero. Illud notatu dignum. Quosdam dixisse Hesiodum contendisse carminibus cum Homero: fuisseq; uictorem: quod indicat tripos positus ab Hesiodo in

IO. BAP. PLAV.

De arte poetica uaria senserũt scriptores

Amor facit poetas

Sacri sũt poetæ

Aspera ẽ uia uirtutis

Hoies nati ad gloriam

Hesiodus

Laus Pollitiani

Homerus supar⁹ ab Hesiodo



NEC fonte labra prolui caballino
Nec in bicipiti somniasse parnaso
Memini: ut repente sic poeta prodirẽ.
Heliconiadas: palydamq; pyrenen
Illis relinquo: quoꝝ imagines lambunt

helicone cum hoc Epigrãmate ... Hesiodus donum dedit hoc spectabile musis diuinũ cantu cũ calcide uicit Homerũ. Proluimerit: madefeci. Fonte caballino. pro lucto: scilicet a pegaso equo alato: qui Seruio & Lactantio auctoribus neptuni: & Medusæ gorgonis filius: uel (ut sentiũt. Ouidius & fulgentius) ex Medusæ sanguine cadente ex ceruice eius a Perseo resecta procreatus: ad heliconẽ montẽ deuolauit: ubi ungula saxum feriens ... fontẽ aperuit: ab eo caballinũ latinæ: græcæ Hippocrenẽ denominatũ. Strab. lib. viii. Vulgatũ est & caballinũ in helicone fontẽ erupisse: cũ subiectã ibi rupẽ feriret ungula. de quo hic intelligimus (ut dictũ est) & apud Martianũ capellã illo uersu Cui magnesia poculũ fluenta Et fons gorgonei tulit caballi. Iuue. etiã meminit: de pegaso multa Seruius: Fulgentius: Ouidius: Hesiodus: sed plura Higinus. Solinus docet: quod scitu dignũ est: q in Aethiopia ales est pegasus: sed hæc ales equinũ nihil præter aures hẽt. Pli. uero in x. pegasos fabulosos esse existimat. In alio significatu minus pro trito fons apud Plautũ in Curgulione pro uase aquario capacissimo usurpatũ: inquo nostri græcos imitantur: apud quos in poemate epigoni ... hoc est fonticulus pro ... quali hoc est uase aquario ponitur: ex quo coniectamus apud Hieronymũ lectionẽ minime esse imutandã: & si Philostratus phialam nõ fonte scriptum reliquerit Labra: præter cõem in qua hic accipitur significationẽ labrũ est uas aquariũ: quo in balneis plerumm maiores utebantur: inquo significatu Sta. ius in siluis: & Pli. Iunior in epistolis. Verg. in Georgicis: acceperunt. Cice. li. xiiii. epist. ad Terentiã. Labrũ si in balneo nõ est cura ut sit. apud Catullũ in epigrãmate ad Camerium illud carmen Te in circo: te in omnibus libellis ita quidam Corrigunt in omnibus labellis: quã uocẽ pro balneo accipiunt. Sed pensitatis Catulli uerbis: collatisq exẽplaribus ue ustissimis pro labellis ligellis scribendũ: atq legẽdũ esse arbitror: qd auctore Marcello Tuguriolũ: domiciliũ breue significat. Plau. in aulularia: De suo ligello fumus si qua exit for...s. uult. n. Catullus sui in cimeterio quærẽdo diligentiã: & laborẽ demõstrare: dũ dicit se illũ nõ solũ in circo, tan loco frequẽti: sed et i ligellis. i. in locis in celebrib' ubi hoies frigeãt: quærit. Ita Oleã itẽ habuerunt labrũ, olei factores. Vnde. M. Caro Oleũ primũ in labrũ indito: sed & labra uinaria apud auctores leguntur. Somniasse: ut Ennius: qui in principio annalium suorũ scripsit somnio se admonitum fuisse q ais Homeri in corpus suũ uenisse: per ... transanimationẽ: q & si Plato nõ hẽt certã: tñ hẽt probabilem. Notissima est apud Ouidium Pythagoræ Oratio: in qua imortales esse animas: uariaq subire corpora ostendit. Hanc autem animæ de corpore in corpus cõmigrationẽ ab ægiptiis sumptam esse innuit Herodotus in euterpe. Parnaso bicipiti: biuertici. Parnasus mons est in phocide regione (ut scribunt Pli. & Strabo. in nono) & habet duos uertices: quorũ alter Baccho: alter Baccho sacer est: unde scriptor græcus ... Inquit ... nõ tamen sunt Helicon aut Cithero (ut quidã perperam senserunt) nam hi sunt in boetia (ut Pli. Pomponius mella: Strabo: Sollinus: cæterisq oẽs attestantur) In helicone sunt musæ: & nysa ciuitas: in qua colitur Bacchus ut ait Lucanus) Herodotus in octauo lib. quẽ Vraniam appellat: unum ex uerticibus Hyampeum nominat: & in eo ponit fontem castalium. hũc sitũ in medio orbe poetæ fabulantur: & docet Lucanus: unde ... a græcis dictus idest medius umbilicus: quod tamen negat Varro asserens nec umbilicũ esse in corporis meditullio collocatum: quod falsum est (ut ex Vitruuio percipimus. In eo delphi sunt apollinis oraculo celebratissimi) auctor Pli. Bicipitẽ autẽ Parnasum esse Oui. Lucanus. Silius Italicus: Herodotus cæteri apertissime demõstrant: res est notissima. Statius: Si stagna peti Cyrrhæa bicorni interfusa iugo. Vt repente: statim: subito: fine temporis interstitio: per eum modũ: quo Ennius: & Hesiodus poeta prodirem: idest apparerem. Heliconiad. s. musas ab helicone: qui natale solum musis existimatis sen' ius. ut em est. Illis: qui tanta ambitione tenentur: u: statuas sibi ponãt: musas & fontes musis consecratos relinquimus: quo senso latentur: & furtim illos castigat: qui ab imaginibus dedicatis poetas sese celeberrimos existimabãt. est aũt Helicon mõs boeotiæ phocidi affinis: ex aquilonis partibus nõ procul a parnaso distans: qui in phocide est: parnaso æmulus: & altitudine, & circuitu: Virentibus pulsatur: & rupes ambo saxea est: hoc autẽ in loco cõsecrata ædes musis (ut docet Philostratus) Fonsq caballinus. & libethridũ spelunca nympharũ. auctor Strabo. atq Probus ait fons ille expressus dicitur ungula pegasi: quẽ alii agampen: alii Hippocrenem nocant Solinus uero scribit esse lucum helicona: & citherona saltum: quos denominatos fuisse ab Helicone: & Citherone fratribus: qui illic singulari certamine pugnauerunt: ut ex Lisimacho quidam Hesiodi Interpres tradidit. Lactantius lib. u. diuinarũ institu. alter sentit de Citherone. Pallidamq pyrenẽ: pyrene fons est in acrocorintho (ut Pli. & Strabo tradiderunt) musis dicato. non multis aquis: sed suauissimis & perspicuumis adimõ: tam & si Euripides multas aquas illic esse testatur: cuius Statius meminit: & Plautus in aulularia. Interbibere sola si uino scateat corinthiensem fontem & pyrenea potest ubi: & obelo fodiendum est. Pausaniæ uerba huius fontis mentionem facietis hæc sunt ... alias pyrene mõs est in hispania: de quo plura Appianus. ... quod est ignis denominatus. nam (ut ait Diodorus in sexto) syluæ in pyreneo frequentes incẽso a pastoribus igne antiquitus flagranere: alii: er sentit Silius in tertio. pallidam autẽ uocant pyrenem ab effectu: quia se incolentes hoc est poetas ob speculationes nimium q studium pallidos reddat: sicut lurida adip ira a Satyro: Lurida aconita ab Ouidio Mors pallida. ab Oratio: Tristis senectus a Ver. dicitur: quia luridos: luridos poetæ: pallidos: & tristes hoc est querulos: morosos: & anxios homines efficiant. pallescunt enim nimio studio poetæ: unde infra. Iuuat impalescere chartis. Iuue. in. vii. Fuit utile multis pallere: & toto uinum nescire decembri alii pallidam dictam esse pyrenem autumãt propter fabulam: quam recitat pausanias: sed prior placet. Qui dicunt (ut Torrellius) pyrenem esse uallem: & dici pallidam (ut interpres Columellæ) propter fumum: ex erudito, albo penitus expungendi sunt. Conscia dicis Statio forsitan propter stuprum cum Neptuno cõmissum. Illis. poetis gloriæ cupiditate anxiis. & sollicitis. Lambunt. serpunt: Cingunt: Circumeũt. Ver. Tactuq innoxia molles Lambere flamma comas: & circum tempora pasci. Alias leuiter tangunt. Oratius Vel quæ loca fabulosus lambit hidaspes. proprie lambere: & lingere est cum aliquid lingua suauiter tangimus. quod græci ... dicũt. Imagines: In æde camenarũ erigebatur statua macra: & hedera coronata poetis: ut ostendit Iuue. & testatur Pli. in. xxxiiii. naturalis histo. his uerbis Notatum ab auctoribus & L. Accium poetam in camenarũ æde maxima forma statuam sibi posuisse: cũ breuis

Pegasus
Fons caballinus
Locus capellæ enarratus
Fons pro uase aqua rio.
Loc' Hieronymi
Labrum
Locus Catulli
Ligellum
Ennius
Parnasus
Hyampæus.
Error uarronis.
Helicon
Citheron
Pyrene
Emendatus Plautus
Palescunt poetæ studio
Lambũt
Statua dabat poetis i æde musarum

admodum fuisset. M .... ad auitum statuam sibi ponẽtem edit carmen subscribendum: Carthaginenses Apu- Apule. me
leo (ut ipse testatur) statuam posuerunt. Qui autem primi statuas posuerint se nescire fatetur Plin. apud Ro- ruit statu
manos Cato statuas sibi erigi doecipendisse dicitur: apud græcos Agesilaus: qui moriens præcipit: u*. μη- am apud
τι πλαστην. μητε γραπτην. μητε μιμητην του σωματος εικονα ποιησασθαι. nec fictã: nec pictam: nec Cartha.
fabricatam corporis imaginem facerent. Imagines autem dicendo improprie locutus est: cum proprie sta- Statua.
tuas debuisset: nam statua dicitur: quæ non superficiem: sed corporis soliditatem atq; perfectionem reddit: Imago.
& ostendit. quæ εικονα a græcis dicitur: Imago uero: quæ superficiem tantum: unde pictores faciunt diuer-
sis coloribus imagines: ponitur etiam pro similitudine. Verg. O mihi sola mei superest Astianactis Imago.
unde ab hac similitudine etiam pro uagina capitur: q; sit quasi imago illius rei quam claudit. Idem Curuam
seruans sub imagine falcem.



Ec fonte labra pro lui caballino. quod Esiodus dicit: dicitur enim pegasum equum alatum ad eli- CORN.
conem montem errando peruẽisse. Ibiq; siti oppssum ungula fodisse ex quo loco fons editus mu- Pegasus
sis fuit consecratus dicit autem de illis non esse qui egregii musarum animi sunt. Caballino. dicit
non equino eo q; Saty. humiliora uerba conueniunt. ¶ Nec in bicipiti somniasse par. libero sacra
ta & cyrrã appollini: unde Luca. Cardine parnasus genio petit equora colle: Mons phœbo bro- Lucanus
mioq; sacer. Tãgit enim Enniũ qui dicit se uidisse in pnaso somniãdo homerũ sibi dicẽtem: q; eius aia in suo
cẽt corpe. ¶ Bicipiti: duplici cacumine. Pyrenẽ sacratus. pallidã: dicit qa poetæ paleãt ibi scribẽdi lassitudie.



Ec fonte labra. Versus est senarius iambicus. qui & trimeter nominatur. Constat enim pedibus IOAN.
sex. recipere potest iambum locis omnibus. maxime apud tragicos. Dactilum & Tribrachum lo- BRI.
cis omnibus præter nouissimum. Spondeum: Anapestum locis tantum imparibus. Et nonnunq̃ Trimeter
in sexto spondeum. Loci impares dnr primus: tertius: & quintus: pares uero secundus: quartus & uersus
sextus. Quæri autem solet cur trimeter appelletur cum senos accipiat pedes: quoniam scilicet tã
ta breuitas est pedum ut iuncturæ binos complectantur pedes: iambum autem pedem esse celerem ostendit
Hora. Syllaba longa breui subiecta uocatur iambus Pes citus. Antea totus uersus iambicus iambis consta-
bat: nunc adhibetur etiam nothi: unde est illud Horatii in poetica: Primus ad extremum similis sibi: idest an-
tea totum iambicum metrum ex iambis constabat. nunc uero ut dictum est adhibent etiam nothi: unde quia
in sexto pede retinuit huiusmodi carmen spondeum sine Trocheum cum iambo aut pyrrichio claudi debe-
ret appellatum est scazon. idest claudicãs q; quasi alienis pedibus in fine maxime sustentetur & sic claudicet. Scazon
Martialis. Apollinarem conueni meum scazon: Iambicum metrum inuentum est ad nocendum ab ιαπτω. i. Iambicũ
noceo. Archilocum lacedæmonium inuentorem fuisse testatur. Hora. Archilocum proprio rabies armauit metrum
iambo: quo carmine lycãbem persecutus est: nã cũ lycãbes ei Neobolẽ filiã in matrimoniũ promisisset: eãq; Hesiodus
mox denegasset: iratus archilochus in eum scripsit. Vnde ille dolore compulsus una cum filia scriptum sibi
laqueo eripuit de quo Oui. in ibi. In te mihi liber iambus Tincta lycãbeo sanguine tela dabit. Hoc igitur in
quam carmine erumpit poeta dicens se non eo modo factum poetam potu fontis hippocrenes quo alii dicũ
tur facti. Alludens ad Hesiodum qui patris oues iuxta Heliconem custodiens uisis musis: & ab iis ad fontem
hippocrenem. i. caballinum deductus clarissimus factus est poeta: q postea primus de agricultura apud græ
cos scripsit auctore Plinio Ouidius in fastis. Ecce deas uidi non quas præceptor aradi uiderat. ascreas cum
sequeretur oues. Et idem in arte amãdi. Non mihi sunt uisæ clio cliusq; sorores. Seruandi pecudes uallibus Ascra.
ascra tuis. nã Dius & pimicides parentes cum paupertate apud eoles præmetent: relicta patri Cuma in the
spis ascram uicum iuxta heliconis partem incoluerunt. De quo Homerus auctore Strabone. Ascrã rus mi-
setum penes hic helicona colebat. Hyberno dutum. triste æstu: optabile nunq̃. Sicq; eos latenter notat qui Fons.
putent egregium fieri poetam nõ posse nisi fontes & loca musis consecrata celebrarit. subtili arte ostendẽs Pegasus
uirtutem homini labore & industria parari: nõ inani & uana rerum argumentatione. Principium igitur fa- Hippo-
ctum ab indignatione & tanquam affirmet: quod aduersario longa disceptatione obiiciebatur: se nullum crene.
prosus cum musis commercium habere ut sit sensus. Fateor me nec hipocrenem bibisse. nec somniasse in mõ Parnasus
te parnaso: ut de se alii iactant. Et gestu adiuuãdum. Prolui immersi ut biberem. Compositum est a lauo qd
est prima in tertiam transit coniugationem: ut diluo: alluo: abluo. ¶ Fonte dictus est fons auctore Varro q;
fundat aquam: Caballino: in Helicone fontem Caballinum musis consecratum esse auctor est Strabo quẽ
equus pegasus Neptuni & Medusæ gorgonis auctore Higynio filius: ut alii uero scribunt ex Medusæ san-
guine: & ceruice a perseo resecta procreatus ungula saxum feriens aperuit: qui ex eius nomine Caballinus:
idest hipocrene dictus ẽ. Hippos enim equum significat: crine fontem. Hunc postea equum fama est ut scri-
bit Strabo cum portaret pirenem in agro corintho a Bellorophõte deprehẽsum fuisse. unde primũ cũ fuis- Corintiũ
se q equo ueheret scribit Pli. Nec in bicipiti somniasse par: pnasus mons est ut Strabo & Mella scribũt pho- antrum
cidis qua boetiæ accumbit: & ad occiduos phocidis montes locutus. Ouidius separat aonios acteis phocis
ab aruis Tertia ferat. Mox addit Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus: Nomine parnasus supe-
ratq; cacumine nubes. Vniuersus autem mons consecratus est: Nam & antra & alia loca honore & sanctita-
te digna continet. E quibus celeberrimum & formosissimum extat corincium nympharum antrum eodem
quo cilicium nomine nuncupatum. ¶ Bicipiti: idest in duos colle surgenti. ut Luca. parnasus gemino petit
arduus æthera colle. Mons Phœbo: bromioq; sacer. Et Ouidius. ut diximus. Mons ibi uerticibus petit ar
duus astra duobus. Nomine parnasus superatq; cacumine nubes. Explodenda est eorum opinio qui alterũ
ex collibus parnasi citheronem: alterum heliconem appellari crediderunt. Cum omnino citheron atq; heli
con: altet ab altero distans. auctoribus Strabone Plynio. Mella & Solino: mõtes sunt Boetiæ: Parnasus ue
ro Phocidis regionis Sic enim scribit Strabo. Helicon igitur non procul a Parnaso distans illi æmulus est
& altitudine & circuitu: Vterq; enim niuibus pulsatur: & rupes amborum saxea est. Non multa uero illos re
gio circumscribit Pli. nec recedentes Athenis claritate quæ cognominatur Boetiæ thebæ duorum numi-
num liberi atq; Herculis: ut uolunt patria. Et musis natale in nerone helicone assignant Datur & his The-
bis saltus Citheron: Sic & Stra. Citheron Prope. Thebas finit. Mella ita scribit in phocide delphi & mons
parnasus: & Appollinis fanum atq; oraculum in Boetia Thebæ & Citheron fabulis carminibusq; celeber-
rimus. Memini ut nullo ꝓrsus pacto addatur me: nam uersus nõ staret. primus enim pes est Anapestus ulti-

mus spōdeus:cū semp idifferēs ultima ponat syllaba:reliq uero iābi.¶ Sōniasse.oñdit id sibi nō cōtigisse: ut illico poeta fieret.qd Ennio accidisse legit q in principio Annaliū suoꝝ.ut scribit Porphyrio p somnū aiam Homeri i corpus suū itrasse fassus est & statim poetā fcm:uñ est illud.Cor iubet hoc Enni:postq̄ destruit eē Monides.Sic repēte ut hesiodus & Ennius ꝓdierūt.¶ Helicōiadas pallidāq; pyrenē illis reliquo.quoꝝ ima. iam ego inqt relinquo musas & fontes eis sacratos illis qbus imagines hederis coronate positæ sunt: q tali ambitiōe uiuūt:laiēterq; sui tpis poetas notat:q hisce reb' decorati poetas se eē putabāt eximios Vñ alibi
Helicon poeta sic eos irridet.Grāde locuturi nebulas.Helicōe legūto dicit igit se quoq;:& si nō sit ea eruditiōe: q̄li
Pieria hñr alii poetæ:tñ carmina scriptuꝝ.¶ Heliconiadas.i.musas qbus:ut scribit Strabo.ædes i helicone cōse
libethrū crata est & fons Caballinus.Nā & helicona & pieriā & libethꝝ & piplīā:eisdē musis cōsecrarūt traces boe
emolpus. tiæ accolæ:Vt hi q Libethridū nymphaꝝ antꝝ ꝯsecrarūt.& priscæ musæ curā studiūq; dederit thraces fuisse phibent Ephorus.Orpheus & Museus Thamiris:ob id ēt emolpo inde nomē inditū est.i.cantori optimo. ¶ Heliconiadas pronimicū est fœmininū.Tribus modis pronymica formant fœminina in as:qdē.ut lenias: in is.ut priamis in ne:ut nerine.Vir.Nerine galathea thimo mihi dulcior hible.¶ Pyrenē.pyrene fons ē Acro corinthi:de quo sic Strabo:Acrocorinthus mons est pellopēnese excelsius inter duo mari situs:ægeū uidelicet & ioniū stadioꝝ triū ad dimidiati altitudinē habēs ad ppendiculū.ascensus ad stadia.xxx.in acutū termi
Corinth' nat cacumen:sub cuius radice in plano instar mensæ loco iacet oppidū Corinthus.¶ Vertex ipse acrocori
Ephyre thi Veneris sacrā habet ædiculā:ifra uerticē pyrenē aqs fōtē haud affluētes habētē.cæteꝝ pspicuas ad imū potuiq; suauissimas.Plinius itē de eo ita ꝓdit.Medio hoc interuallo:qd isthmi appellauimus applicata colli habitat Colonia.Corynthus antea Ephyre dicta sexagenis ab utroq; littore stadiis e sūma sua arce q̄ uocat actocorynthus in qua fons est Pyrene diuersa duo mari.ꝓspectās hæc icirco studiosius scripsit:ut eoꝝ opinio refelleret.q pyrenē uallē eē crediderūt.ubi studerēt poetæ est ēt pyrene mōs qui galliā distermināt ab hi
Pyrenes spāia.de quo Tibul.Nō sine me ē tibi ptus honos:tua bella pyrene testis & oceāi littora santōici.Pallidam.
Fabula nōnulli hoc ad fabulā referūt q talis ē.pyrene:ut scri.pausani cū ex duobus filiis:Cenchreo legeoq;:quos ex neptūo susceperat.Cēchreū adolescētē admodū amisisset ei' morte adeo fleuit:ut i frōtē sui nois deoꝝ miseratiōe cōuersa sit uñ pallidā dixerit:ab his postea ut scri.Pli.Angustiaꝝ termini Corithiaci sinus denoiant Legæ & cēchreæ.Alii uero ita iterptant qd oino placet nō palētē:sed pallidos faciētē.ut Vir.Mors pallida tristisq; senect'.Et idē alibi.Attonitæ magna ota dom'.i.attōitos faciētis:scriptores.n.studio intēti solēt palescere.ut Persius:iuuat impalescere charis & Iuuenalis.Fuit utile multis pallere & toto uinū nescire decembri.¶ Quorum imagines:effigies hominum non solebant exprimi nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium hocq; ab Atheniensibus manasse uidetur qui primi hominum Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publice posuerunt statuas:eo anno:quo & Romæ reges pulsi excepta deinde res est:ut scri.Pli.a toto orbe terrarum humanissima ambitione.unde & poetis imagines ponebantur:& a studiosis tantū ut quisq; nomen auctoris diligebat.Mart.ad auitum statuam sibi ponētem edit carmē subscribendum. Hoc tibi sub nostra breue carmē imagine uiuat.Quam nō obscuris iungis auite uiris Iuuena.Qui facis in parua sublima carmina cella:ut dignus uenias hederis & imagine macra.L.Accius poeta in æde carmenarum ut scri. Pli.maxima forma statuam sibi posuit:cum his admodum breuis esset.¶ Lambunt:circueūt.Vir.tactuq; innoxia molles Lambere flamma comas & circum tempora pasci.

BART. FON.



Ec fonte labra ꝓlui Caballino.Quo maiore ai libertate alios deinde corrigere seipm in primis corripit:q festināter nimiū poeta ꝓdiderit.Nō sine cā uero suū op' metro iābico icohauit.Eius modi.n.carmē incitatū ac uehemēs rephensioni plurimū cōuenit:Eius inuētor Archilocus:ex sex iābis primū instituit.Sed paulatim in cūctis sedibus secūda & quarta exceptis spondeū recepit. In prima tñ sede qnq; anapestū p spōdeo.& in secūda tribrachū p iābo.ea rōne Persius posuit. Quod iābus cū tribacho:anepestus cū spōdeo in tēpore cōuenit.¶ Fōte cabal.Nō se hesiodi more poetam effectū dicit:q pegaseis aqs epotis e pastore poeta euasit.Pegasus uero caballus e medusæ gorgonis sanguine a Perseo intereptæ ꝓsilut in helionēq; trāsuolauit atq; ubi primū ungula terrā percussit:hippocrene fons scaturiuit.¶ In bicipiti parnaso:nec si qdē hoc in monte somniasse alludēs ad Enniū scribit q somnias homeri in se animam penetrasse repente uates apparuit.¶ Parnasum uero:q̄q̄ Seruius in Thessalia Tortelius Aretinus in Aonia Boetiæ pte ponūt.Herodoto tñ & Pompeio mela.Straboneq; ac Plinio:& alias ꝓterea testibus phocidi regioni ad scribit.Quē in duo iuga discindi:cytheronē:qua liberi & Helicōe Apollitus idē Seruius scribit Tñ auctorē Torte.subsecut' pp Heliconē & citheronē.Vel certe pp cirrhā & Nisam parnasum bicipitē uocat.Cōtra tñ eorūdē locoꝝ situs:& antiquoꝝ auctoritas reperi.Parnasus.n.in phocide regiōe.Citheron atq; Helicon montes in Boetia disiuncti sunt:ita ut Helicon pcul a Parnaso circiter qndecim passum milia:Citheron uero triginta locatus sit.Cirrhā quoq;:ac Nysam urbes in Parnasi iugis fuisse ueteꝝ nemo scribit Cirrha.n.sub Cirphin rupē parnasi in radicibus mōtis in planicie mare uersus locata est.Nysa uero nō in parnaso:sed in fœlici arabia sita est in qua cū bacchus nutritus eēt in eius memoriā ipse postea aliā in india cōdidit.Apud Homeꝝ quoq; secūdo iliados libro.Nysam in Boetia urbē eē apud Pli.in Caria:apud Stra bonē uicū in Helicone:apud Ptolæmeū in Ioui ac lycia urbē lego:nusq̄ uero i pnaso eē cōperio.Quare cū neq; helicō:nec citherō iuga pnasi:sed mōtes.ab illo se iūcti sint:neq; cirrha neq; nisa i iugis pnasi collocatæ sint:bicipitē rectius ad mōtis naturā sitūq; referemus.Nā ut uolumine nouo refert:parnasus hēt.Aqua sana diuisione biceps cognominat.Hic macrobio teste baccho & apollini sacer ē atq; ut Diodorus asserit idē liber pr & phœbus est.¶ Heliconiadas: Helicō:ut Soli.& Pli.quarto refert:mons est Boetiæ iuxta Thebas:atq; Strabo in nono meminit phocidi uicinus est:& nō pcul a parnaso:eiq; æmulus & altitudine & circuitu:q & ipse apollini quoq; sacer & musis eūde helicōiades musæ sunt appellatæ. Lucreti': adde heliconiadū comites:quoꝝ unus Home.Pallidāq; pirenē.Vallē inter quos Parnasi colles pyrenē. Tortel.eē scri.Sed auctore Pli.lib.iiii.acrocorinthi fons est: & ut Strabōis octauo uolumine scriptū est haud affluētes aquas hēt:sed potui suaues atq; pspicuas.Quare pallidā non ad aquæ:sed poetaꝝ colorem assiduo studio pallentium Tortel.refert:sed melius hunc pallorem pireni attribuemus:q̄ eū ex Neptuno Cenchreū lecheumq; peperisset:de quorum numinibus corinthiaci sinus termini:cuiusq; ac portus denominatur. Cēchreum prima iuuenta extinctum adeo fleuit:ut in hūc fontem numinis uerteret: uñ eā pallidā appellauit.

IO.BAP. PLAV.

¶HEDERE: qbus poetæ coronabãtur (ut Vergilius Propertius. Oratius cæteri ondũt). Pli. scri. poetas coronari Hedera habẽti croceũ semẽ: folia minus nigra: quã bacchicã qdã appellãt: quæ maximos habẽt corymbos. Vergili. Atq hãc sine tẽpora circũ inter uictrices hederã tibi serpere lauros: qd a Quinti. in. x. inst. repetitũ ẽ: hederã Dionysio græci cõsecrauerũt (ut scri. Diodorus) cuius rei cãm assignat Ouidius in fastis: & Festus Põpeius: quos uidebis: satis est hoi erudito locũ: & fontẽ: quo talia hauriat: indicasse. ne ꝓlixiori orõne ai lectoꝝ ad fastidius cõcitetur: Probus autumat iõ poetis ex Hedera corona dari: qa existimabatur liber eẽ cũ musis. ¶ Sequaces. ad eius respexit naturã. Ver. illas errãtes in bucolico ludrico appellauit quas antiq lyrici teste Seruio flexipedes dixerũt: q hac & illac uagẽtur. ¶ Ipse semipa. a ꝑsona sua captat beniuolentiã p extenuationẽ: cũ se appellet semi doctũ: & semirusticũ semis græce dicit ημισ. Pagus dicit qñ plures domus in unũ sunt collectæ nulla uulgo nũcupata: sed uilla ꝓprie est domus ipa. Verg. ꝑmiaq ingẽtis pagos: & cõpita circũ. a græco πηγη qd teste seruio fontẽ significat. a quo paganus eodẽ fonte potãs: q rusticũ significat: uñ semipaganus semirustic⁹. Refert Dionysius halicar. li. iiii. q Roma diuisa erat in trib⁹ q̃tuor: quas pagos uocitabãt: in qbus habitãtes pagani dicebant: q in nullã aliã habitationẽ trãsferri paterãt hinc factũ est (ut arbitror) ut paganus apd Sueto. Cor. tacitũ: Iuue. cæteros p ciue: q nunq̃ militauerit accipiat. qd est uerbũ iuriscõsultoꝝ peculiare: a qbus hæc duo opponunt pinde ac cõtraria miles: & paganus. Paulus iuriscõsul. fiat testm̃ exẽplo eius: q paganus fuit deide militare cœpit. Vulpianus. titulo de militari testõ. est rescriptũ a diuo Pio in eo: q qui eẽt paganus fecit testm̃: mox militare cœpit. In quo significatu est illud a Iuuenale nr̃o ꝓnũciatũ in decima sexta Satyra. Citius falsum ꝓducere testẽ cõtra paganũ possis: q̃ uera loqueitẽ cõtra fortunã armati cõtraq pudorẽ. i. facilius inuenies: q falsum testimoniũ dicat aduersus hoiem nõ militãtẽ: quã qui uerũ dicat aduersus militẽ: tãta est militũ dignitas: & potẽtia. Multa. n. cõmoda: honorificaq tũ leges tũ iperatores (ut ẽ legere apd iuriscõsultos) militãtibus idulserũt. a Hierony. cæterisq ecclesiasticis scriptorib⁹ q̃doquidẽ sub uexillo xpi nõ militẽt æthnici ob hoc scite cohibiliterq pagani dicti sunt. paganã legẽ dixit pli. q̃ rustici utunt: pagatim dixit Liui⁹ ea forma qua oppidatim: & regionatim. ¶ Ad sa. ua. iter res ꝑclaras quas gessit Cęsar august⁹ tẽplũ apollinis ea pte palatinæ domus excitauit: quã fulmine ictã a deo desiderari haruspices ꝓnũciarãt: addita porticu cũ bibliotheca græca: & latina: quo loco iã senior sæpe et senatũ habuit decuriasq iudicũ recognouit (ut auctor ẽ Sueto.) de hac itelligit Iuue. i. vii. illo uersu. Ne qd tibi cõferat iste. Quẽ colis & musaꝝ & apollinis æde relicta. Itẽ in prĩa sportula deinde forum: iurisq peritus apollo quãuis quidam aliter sentiant. Nam in bibliotheca templi Augusti erat apollinis statua (ut docet Pli.) Quod autem moris fuerit ad templum apollinis carmina deferri probat Orati. Scripta palatinus quæcunq recepit Apollo. primus Romæ auctore Plinio Pollio bibliothecam in atrio libertatis dedicauit. unde Ouid. in. iii. trist. Nec me quæ doctis patuerunt prima libellis. Atria libertas tangere passa sua est.

Hederæ sequaces. ipse semipaganus
Ad sacra uatum carmen affero nostrum.

Poetæ quare ex Hedera coronant

Pagus

paganus

Semipaganus

Locus Iuue.

pagatim

Loc⁹ apd Iuuenalẽ

pollio pri. bibliothecã dedicauit

Locus Ouidii

CORN.

¶HEDer. hedera semp uiuit & manet: qua iõ poetæ coronabant. Sequaces: q sequat & sine fine reperiãt. Semipaganus. i. semipoeta: & hoc uerbo satyrico uersus ẽ: mõ pagani dñr rustici: qa nõ nouerũt urbẽ aliter semipaganus: semiuillanus. i. nõ integre doctus: ego aũt inter poetas & rusticos sum medioximus. pagos. n. uilla fons. unde qa pagani dicunt uillani quasi ex uno fonte potãtes. ¶ Ad sacra uatũ. i. numero poetaꝝ. Psitaco. psitacus est auis in inde partibus quæ gignit. Viridi colore: corpore punicato grandi lingua & cæteris auibus grossiore & latiore. ¶ Suũ cheræ: hoc dicit qa nõ oẽs natura sua sunt poetæ: sed uẽtris: quia egestãs necessitate cogantur: & hoc per aues probat: nam uidemus hodie plurimi catones esurientes: uocali sono strepere & cheræ dicere: suum quasi natural e: uel naturaliter uideantur loqui si esuriant.

IOAN. BRI.

Hederæ

¶HEderæ: hederis coronabant poetæ. Vir. Pastores hedera crescẽte ornate poetã. Hora. Me doctarũ hederę ꝑmia fõtiũ diis miscẽt supis. Hederaꝝ auctore Pli. tres sũt spẽs: Alba & Nigra. tertia q̃ & elix appellat. Nigra: cui semẽ ẽ crocatũ poetæ utunt: quã qdẽ Misiã: alii bacchicã appellãt q bacch⁹ cũ uictor ex idia rediret coronas hederæ portauit iure igit hedera coronãt poetæ q queãdmodũ illa baccho sacrata ẽ ita & poetæ i tutela liberi pr̃is dicũt. Hedera dicta ẽ ut placet festo siue q hæreat: siue q edita. i. alta petat: siue q cui adhæserit edat. Sequaces epithetõ ẽ hederæ: cui⁹ natura ẽ qbus adhæret seq. ipse semipagan⁹: beniuolẽtiã cõciliata modestia sua: illd moneo legẽdũ esse: ipse semipaganus: nõ aũt. at ipse uersus. n. nõ staret. ¶ Semipaganus: semi rustic⁹ & rudis poeta i pagan⁹ dict⁹ ẽ a pago quẽ uillã antiq dicebant a pigini. i. a fõtib⁹: eo q iuxta fontes uilla semp fieri consueuit. ¶ Ad sacra ua. nõ ut qdã iterpr̃tãrur ad certamina uatũ: sed ad ædem Apollinis musaꝝ: ad quã poetę uopa sua deferebãt. Eã August⁹ (ut scri. Trãqllus) Apollini i ea pte palatii erexit: quã fulmine disiectã aruspices a deo desiderari rñderũt. In eius aditu porticus erat cũ tã gręca quã latina. Martialis loqns ad liberũ suũ. Iure tuo ueneranda noui pete limina tẽpli Reddita pierio sunt ubi tẽpla choro. Iuue. neqd tibi cõferat iste quẽ colis & musaꝝ & Apollinis ęde relicta ipe fac uersus. Hora. scripta palatin⁹ q̃cũq recepit apollo. ¶ Carmẽ. i. poema Virg. carminis incõptillusus lecture ꝓcaces. ¶ Quis expediuit psitaco suũ chere: antipophora ẽ quasi aliqs dixerit: qũo carmẽ scribẽs: cũ te semipaganũ dicas eẽ & imperitũ: Dicit igit se necessitate coactũ: lucri spe animũ ad carmina scribenda applicuisse: idq per similitudinẽ psitaci & pice facere ostẽdit: quæ aues cupiditate satiãdi uentris uoces humanas ediscũt & emodulantur.

Paganus

Psitacus

BAR. FON.

¶ QVOrum imagines lambunt hedere sequaces cũ hedera bacho sacrata sint: iure illa poetæ coronabant qui in tutela liberi Pr̃is sunt imaginibus quoq uatu coronę hederacæ ponebãtur. Iuue. Vt dignus uenias hederis: & imagine macra. Sequaces aũt dicẽdo ad eaꝝ naturã respexit: cũ enim dictæ sunt: uel qd hereãt: uel q edita semp petant uel qa si qbus adheserint: edãt iure illas sequaces cognominauit brachia. n. ramosa: maximeq robusta cũ habeãt q semel cepint tenaciter ꝓsequunt. Libero uero pr̃i sacratæ sunt: uel qa sicut ille hoium mẽtes ita hedere oia illigãt qbus hærẽt. ¶ Semipaganus: in trãslatione uerboꝝ manet. Nã cũ i caballino fonte se dixerint labra nõ imersisse. fons uero a græcis πηγη dicat uñ pagus & paganus deducit. nũc semipaganũ se noiat: ut qui se nõ penitus in hipocrene pluerit: sed eius aqua sũmo tenus ore attigerit: ac ppea nõdũ poeticis sacris ibutus sit ad sacra uatũ: uel ad scripta: & numerũ poetaꝝ. Vel ad ædẽ apollinis & musarum in qua oium scriptoꝝ uolumina seruabantur Ho. scripta palatinus q̃cunq recepit apollo.

Quis expediuit psitaco suum χαιρε.
Picasq; docuit nostra uerba conari?
Magister artis ingeniiq; largitor
Venter negatas artifex sequi uoces.

IO.BAP. PLAV.

BAR. FON. CRANcidulũ quidã: translatio a sapore ad uerba est. Rancidulum. n. nõ integri saporis & uetustate corruptũ ẽ. ¶ Balba de nare. in pronunciãtis irrisionẽ hoc posuit. spiritus. n. ad nares cum labitur: & in uerba difficulter cõcidit & pnũciationẽ integrã reddit. ¶ Phyllidas hypsiphilas: Phyllis: Lycurgi thraciæ: Hypsiphile Thoantis lẽni regũ filiæ fuere miserabiles in amore Phyllis Demophontem hypsiphilæ in Iasonem.

Eliquat: & tenero supplantat uerba palato
Assensere uiri. nunc non cinis ille poetæ
Felix? nunc leuior cippus non imprimit ossa?
Laudant conuiuæ. nunc non e manibus illis:
Nunc non e tumulo: fortunataq; fauilla:
Nascentur uiolæ? rides ait & nimis uncis
Naribus indulges. an erit: qui uelle recuset

IO.BAP. PLAV. CELIquat: uoce molli: liqda: cũ quodã lenocinio emodulatorio pnunciat: & uocem desoluit in catilenã. ¶ Suplãtat. i. pnũciat uoce retenta: & strãgulata: ut iucũdius: dulcius: & magis suaue uideatur: quod eorum est: qui auditores ad libidinẽ incitare cõcupiscũt.
Suppláto Supplãto a plãta pedis deductũ ẽ: & significat supposito pede aliquẽ in terrã deiicere: quod græci dñt υποσκελιζειν. ανοστηθι κυριε προφθασον αυτουσ και υποσκελισον αυτουσ scriptũ ẽ in psalmo apud græcos: qd̃ nostri. Ita interptantur. Exurge dñe pueni eũ: & supplãta eũ. Cice. Cõtendere debet q̃ maxie possit: ut uincat Supplantare eũ qui cũ certet. at manu pellere nullo mõ dẽt. Seneca ĩ pri. episto. ad Lucillium ille q supplantatus aduersariũ toto tulit corpore: unde p decipere quandoq; ponitur: nã & supponere pedẽ quodãmodo decipere est: & q ita deiicit: nõ tã uiribus: q̃ agilitate Corporis agit: recte ergo Persius dixit metaphoricos supplãtat: qa iste lenocinio uocis auditores quodãmodo decipiebat: cũ sic pnunciata carmina meliora: meliusq; . composita uiderentur. hãc pronnnciationẽ strãgulatã rephendit. Quit. in pri. Inst. his uerbis. Imprimis uitia (si qua sũt)
Expressa sint uerba oris emẽdet ut expssa sint uerba: suis quæq; literæ sonis enuntienẽ. Idẽ curabit ẽt ne extremæ syllabæ Intercidant. ut par sibi sermo sit. Tali sermone utentes fœminas euitandas esse pcipit Hiero. ¶ Assensere uiri. Irrisio summa: atq; subsannatio non mediocris in auditoris: qui poetam uoce molli: & strangulata: cõpressaq; ut gracilior: & suauior uideretur Hypsiphiles: uel philidis fabulas: uel aliquid aliud lachrymosum: & lamentabile recitantem laudauerunt.
Vir. ¶ Viri. Ironicos quasi molles: & effeminati. Nam uirum pprie cum dicimus: non tã sexũ significamus: q̃ robustũ: & fortem: uiri. n. propria est uitilitas & robur. unde uir nominatus
Virtus est: q in eo maior uis est: q̃ in fœmina: & hinc uirtus nomen accepit (ut docet Lactantius in li. de opificio) &
Error Guarini Veronẽsis Tullius Tus. unde error Guarini Veronensis est manifestarius. ¶ Nunc non cinis. uerba audientium in recitatoris laudem: & poetæ: qui opus recitatum composuerat: & est sensus nonne credis hunc poetã: cuius opera nunc præ manibus habemus esse felicitatis plenum: & est repetitio: quæ fit auctore Tullio: cum continẽter ab uno atq; eodem uerbo in rebus similibus: & diuersis principia sumũtur: cuiusmõi apud Ver. Nũ figeis
Felix occumbere campis: Num capti potuere capi? Num incensa cremauit Troia uiros. ¶ Felix. beatus fortunatus. super illo Ver. An phœbi soror: an nipharum sanguinis una sis felix Seruius ait. felicem esse qui dat: & qui
Cinis Cinerari? recipit felicitatẽ: unde pacatus in panegyrico inquit felicis est facere posse felicem. Cinis. a quo Cinerarius: & Cinislo deriuãtur p his: qui calamistro calefacto in cinere crispant capillos (ut Varro & Porphyrio tradiderunt) apud antiquos: & masculino: & feminino genere prolatus est: quod diligenter annotauit Prisc. Nõ leuior. profecto iste poeta tam luculentum opus: & elimatum composuit: ut eius ossa nullo pondere grauis
Vt terra esset mortuis leuis amicis optabat. & molesto præmi deorũ beneficio: ac munere credendum sit. Quod mortuis pro solẽni: & gratissimo beneficio optari ab amicis apud poetas obseruauimus. Oui. Ossa quieta pcor tuta requiescite in urna. Et sit humus cineri non onerosa tuo. Tibullus in. ii. Terraq; securæ sit super ossa leuis. Idem Si bene sub tenera parua quiescat humo. Mar. in. iiii. Mollia non rigidus cespes tegat ossa: nec illi terra grauis fueris: non fuit illa tibi Iuue. Dii maiorum umbris tenuẽ: & sine pondere terram Spirãtesq; crocos: & in urna perpetuum. Verg.
Cippus. Qui pceptorẽ sancti uoluere parentis eẽ loco. ¶ Cippus. cippus est colũna. q̃ in sepulchro erigebatur: sed p sepulchro accipitur. Ora. Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrũ hic dabit. quod autẽ in sepulchris erigerentur colũnæ docet Diogenis tumulus: in quo erat colũna errecta: in cuius apice canis ex lapide pario sculptus conuiscebatur ad cynicum philosophum significandum Testatur: & hoc Homerus his uerbis. αλλωστεστηλημενειεμπεδονητεπιτυμβω. i. sed tanquã colũna in alicuius monumento firme collocata. Cippus quidã fuit in foro cæsaris: supra quem imponi se iussit. Caluus ille orator. cum uideret a clientibus
Philippi Beroaldi laus Catonis rei sui asinium pollionem circunuentum: propter quod Catullus uocat illum salicippium disertum (auctor Seneca) ubi per cippum methaphoricæ pontem (ut quidam opinantur) significauit. pceptor noster Philippus: ille beroaldus nulli doctrina: eloquentia: & eruditione postponendus salapusium legit apud Catullum tanq̃ a sale: & pusius composito uocabulo. alii aliter sentiunt. sed plura apud hermolaum est etiam Cippus Pli. Valerio. Oui. cæteris proprium nomen. ¶ Laudant cõuiuæ. quos secũ ad cœnam uocauerat: ut illum audirent recitantem: quæ sane ueterum poetarum fuit consuetudo (ut ostendit Epigr.) scribens i Pompo. In. vi. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata Non tu Pompo. cœna diserta tua est. Conuiuæ
Cœpulones eleganti uocabulo cæpulones: & conuictores quasi simul uiuentes uocantur: qui ex præcepto legis conuiualis nõ plures: q̃ nouam esse debent: nec pauciores: q̃ tres. oportet. n. numerũ. Cõuiuarum a gratiarum numero incipe: & pgredi ad musarum. i. pficisci a tribus: & cõsistere in nouẽ: nã multos esse inqt. M. Varro. nõ cõuenit: q turba plerumq; turbulenta est. Archestratus poeta. εστω δ η τρεισ η τετταρεσ οι ξυνα παντεσ το πλειστον
Nũs cõuiuarum. η πεντε ... μισθοφορων αρπαξιβιων σκηνησ τρατιωτων. hoc est conuiuæ: aut tres: aut quatuor: aut non plures quinq; sunto alias mercenariorum: & rapto uiuentium conuentus fuerit: Athe

neius quoq; auctor est olim nō plures quinq; in cōuiuiū adhiberi solitos. Illud licet notissimum nō tamē silētio ptereundū dictū de numero cōuiuaę: put meminit Iulius capitolinus: septē cōuiuium: nouē uero conuitium. in timæo Platonis tres: aut qnq; sequuntur illis uerbis εισ δυο τρεισ ποιδ ιτιτατεσ. Quales uero debeāt eē cōuiuæ docet. A. gellius li. xii. ex snia Varronis: sermo ai epularis hoc est: qui serif inter epulas dēt esse iucūdus. atq; Inuitabilis: & cū quadā illecebra: & uoluptate utilis: dum uescimur tunc tacēdū est: ob hoc dixit Gellius Interea puer uenerat: & olla de ferbuerat: Tēpusq; eē ceperat edendi: & tacendi. ¶ E manib³. Manes (ut ait Seruius) sunt aiæ illo tpe: quo de aliis recedētes corporibus in alia nōdū transierūt: sunt aūt noxie: & dicunf per antiphrasin: nā manū bonū est: unde ēt & mane dr̄. Mar. capella in nuptiis philologiæ li. ii. refert manes iam bonos: q̄ truces eē: quos ασ αθανο ακακονσ δαιμονασ memorat græca discretio: quos maiores nostri adorabāt: unde ait Pli. in. vii. post sepulturā aliæ: atq; aliæ maniū ambages: sensum Inferis dando & manes colendo: deūq; faciendo q iā ēt hō eē desierit: de manibus plura Apuleius in demo. Soctāt: Augusti. in. viii. de ciuitate tradiderūt. ¶ Tumulo. sepulchro illius poetæ. Tumulus est terra tumens: itaq; pōt esse collis naturalis. Vt Et tumulū capit unde ois terra uideri. est ēt terra opa humana coaceruata: tumulus: & qa sepulchra ornabātur huiuscemodi accruis tumulus p sepulturæ ponif: ut hic: & In. iii. Enei. Gemitus lachrimalis imo auditur tumulo. ¶ Fortunataq; fauilla. i. felici: fausta: tāgit morem antiquoę apud quos corpora mortuorum Cremabantur: licet id apud Romanos non fuerit ueteris instituti: terra condebantur. At postq̄ longinquis bellis obrutos erui cognouere: tunc institutum. auctor. Plin. lib. vii. naturalis histo. ubi plura. ¶ Rides. uerba introducti ad Persium istorum assannas: fatuitatesq; ridentem. ¶ Vncis naribus indulgēs. crispatis: detortis: Corrugatis: quod Indicium est indignationis: irrisionisq;. ¶ Naribus: enī derisus: contemptus: fastidium significari solet: auctor Quinti. cuius rei testimonia sunt apud Auso. Hiero. cæteros græci appellant γρυπον qui habet nasum adūcum Plu. περσαι τανσ γρυπανεραστι. Apu. lib. viii. Nare detorta magistrum suum uarie Cauillantur. ¶ An erit qui uelle. Silius Italicus his uersibus homines ad laudem genitos cecinit Ad laudes genitum capiat si munera diuum felix ad laudes hominū genus. M. T. Inquit oēs trahimus laudis studio & optimus qsq; maxime gloria ducitur: exquo Persii aduersatius: qui gloriam: & plausum popularem spernat posse inueniri neminem uidetur existimare.

Quales cōuiuæ

Inter epulas qualis sermo manes.

Mane.

Tumulus

Cadauera cōburebantur.

Narib³ fastidiū significatur

Hoies ad laudē geniti.

¶ ELiquat. Cū lenocinio uocis pnunciat: & uocem dissoluit in cātilenam. ¶ Et tenero supplantat uerba palato: dicit molle & fragili. ¶ Supplātat: supprimit mutatis accentibus currat: quasi sonus uocis canoræ ultimi plasmatis soni leuiter infringitur quo iucundior fiat. ¶ Assensere uiri. tropicos modos dicit auditores. Item qui eius ora maledicta uoce sua laudent. ¶ Nunc non cinis ille poetæ fœlix: uerba adulantiū per irrisionē: cinis poetæ fœlix est: quotiens de mortuis bene loquitur. Veteres. n. dixerūt prægrauari corpora eorum qui tm̄ corpori studētes nihil memorabile reliquerūt. Non leuior cippus est: Cippū pro sepulchro posuit: ut fermētū p aculo. pprie. n. Cippus est lapis sepulchri: laudat eū nunc uno poetę personā hoc stusus redēatos poetæ ab uno cōuiua hoc aūt irridēs dicit. Nūc nō e manibus illis: hic manes p ossibus posuit. Iterū facit uoce illius recitātis in cōuiuio. ¶ Nūc nō e tumulo: fortūataq; fauilla: Nascenf uiolæ: res uoluptariæ uel amœnæ: qm̄ in sepulchro eoę q bn̄ meruerūt uiolæ nasci memorātur. Hæc aūt uerba psonæ ei³ facit quā retulit uersus poetæ i cōuiuio existimātis & dicētis poetæ fœlicē eē: & illi defuncto leuē terrā futurā: cuius scripta oibus dulcia sunt. Tumulus dr̄ terræ aggestio ubi nulla memoria ē. ¶ Rides ait: & nimis uncis naribus idulges: a hyppophora. i. obiectio illius culpati poetæ: ad Persiū & h. d. rides & nimiū idulges cachinoi alibi das operā: bn̄ aūt dicit. ¶ Vncis narib³. Incuruanf. n. nares. cū eas soluto risu cōtrahimus. Vt Hora. in primo sermonum: Minus aptus acutis naribus: & alio loco naso adunco. ¶ An erit qui uelle recuset.

CORN.

Fermētū

Cippus

Manes

Viola.

Tumulus

Cachinus

Horatius

¶ ELiquat. i. cum uocis lenocinio pronūtiat: tractū ab iis quæ igni aut calore aliquo liquari. solēt. ¶ Supplantat: supprimit. i. non aperta uoce effundit: sed quasi uoce strangulata pronuntiat: quo leuius & suauius esse uideatur. ¶ Tenero palato: aut ironia est. i. palato delicato: aut palati epitheton. ¶ Assensere uiri: ironia est & risu pronuntianda quæ sequūtur. ¶ Viri: ironicos quasi mulieres. ¶ Assensere: præbuere quæ dixerunt. ¶ Nunc non cinis ille poetæ fœlix: Verba laudātium scripta aliena: ironia est poetæ. ¶ Non leuior cippus nūc iprimit ossa. i. certe: ita bene dixit poeta: ut eius ossa deorū bñficia lapide sepulchri non urgeantur: talia solent mortuis optari. Oui. Ossa qeta precor tua reqescite in urna. Et sit humus cineri nō onerosa tuo. Iuue. Dii maioę umbris tenuē & sine pondere terram. Spirātesq; crocos & in urna ppetuū uer. Mar. Si tibi terra leuis: mollisq; tegaris arena. Tibullus uero cōtra. Otu q uenerē docuisti uēdere prius. Quisqs es infœlix urgeat ossa lapis. ¶ Cippus: sepulchrū. Hora. Mille pedes in frōte: trecētos cippus in agrū Hic dabit. ¶ Laudāt cōuiuæ: irrisio est in laudātes q in assentatione principis ita laudant carmina ab eo recitata. ¶ Nunc non e manibus illis laudantiū uerba. Manibus Manes anti q aias inferoę dixerūt. Manes tamē dii ab auguribus uocabāt q p eos oia manare credebāt: eosq; deos supbos: atq; inferos dicebāt: autor est Festus. ¶ Fortunataq; fauilla: morē antiquoę respexit: apud quos corpora mortuoę cremabanf: licet id apd Romanos ueteris nō fuerint instituti terra cōdiebanf. At postq̄ ut scri. Pli. longinquis bellis obrutos erui cognouere: tūc institutū tamen multifarie. priscus seruare ritus: Sicut in Cornelia domo: nemo ante Syllā dictatorem traditur esse crematus. idq; eū uoluisse ueritum taliōnē eruto. C. Marii cadauere. ¶ Rides ait uerba monitoris introducti ad Persium. ¶ Vncis naribus indulges. ridendo enim nares in rugas contrahuntur Martia. Et pueri nasum rhinocerotis habent. Hora. Acutis naribus horum hominum rideri possit: Et alibi Persius. Ingeminat tremulos naso crispāte cachinos. ¶ Nares: a naritate: ideo dictæ sunt: quia nos odoratu doceant: præsto & prope esse quod adhuc oculi non uident. An erit qui uelle recuset.

IOAN. BRI.

Supplantare.

Cippus

Manes.

Nares

¶ ELiquat. Liquida mollisq; uoce pronunciat. ¶ Tenero palato: in translatiōe uerborum manet. Supra. n. dixerat. liquido cum plasmate guttur mobile colluerit. Nūc uero eliquare: & tenerū palatum ob eiusmodi causam dicit. ¶ Supplantat uerba. molli uoce pronūciare ac quodammodo de industria extremis syllabis uerba inculcare eorū est qui auditores ad libidinem excitare cupiūt. Nam cum leuiter uox infringif: sonus ipse manat iucundior. De simili pronuntiatione Iuue. Ait Vox blanda & nequa digitos habent. Hunc tamē pronunciandi modum Quinti. primo institutionum his uerbis reprehendit: in primis uitia si qua sunt oris emendet ut expressa sint uerba: ut suis quæq; literæ sonis enuntientur: & paulo post curabit etiam ne extremæ syllabæ intercidant: ut par sibi sermo sit. ¶ Assensere uiri: quāuis auditores assenserint non tamen pro

BART. FON.

pterea bonum ac probandum poetam esse significat.¶ Num nunc:in repetitione non repetito color est:quę Tullio autore fit:cum continenter ab uno atq; eodē uerbo in rebus similibus & diuersis principia sumūtur cuiusmodi apud Verg.Num sigeis occumbere cāpis.Num capti.potuere capi:num incensa cremauit Troia uiros:¶ Num leuior cippus:terra coagerata in cumulū cippus est:& p sepulchro interdum capitur. Hora. in sermonibus.Mille pedes in fronte trecētos:Cippus in agrum hic dabat.¶ Rides ait:respondentis loquiť uerbis.¶ Et nimis uncis naribus indulges:nimis irridens nasum enim in rugas crispanos cum quempiam irridemus.Hora.Naso suspendis acuto.

Os populi meruisse:& cedro digna locutus
Liqre?nec scōbros metuētia carmia nec th⁹?
Quisquis es o:mō quē ex aduerso dicere feci.
Non ego:cum scribo(si forte quid aptius exit
Quādo hæc rara auis ē:si quid tñ aptius exit)
Laudari metuā.neq; eni mihi cornea fibra ē.

IO.BAP. PLAV. Mereo. Mercenarii Meretrices libri oleo cedrio ungebantur Cedrus.

OS populi:laudem:populare præconium uulgi plausum.Meruisse:hoc in loco mereo qđ mereor significat,ut apud Plau.Et si aliter meres promereris.alias apud Sta.Oui.Sue.ceteros militare.Apu. Ibi inq̄ in athide primis pueritiæ stipendiis merui: est etiam merere sordissimum quæstū capere: unde Mercenarii:& meretrices dicuntur.A.gellius Lais Corinthia ob elegantiam:uenustateq; formæ grādem pecuniam demerebat.¶ Et cedro dig. ordo ē: & linquere carmina digna cedro.i.quæ diutius durent & perpetuo seruentur:nam libri.(ut scri.Victru.li.ii.)oleo cedrino uncti:nec tineas:nec cariē timēt: qđ docet & Pli.scribens.Cn.Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem offendisse arcam . In qua Numa:qui Romæ regnauit:situs fuisset.In eadem etiam libros eius repertos e charta:durasseq; annos. d.xxxv.illesos a tineis:q cedrati erant.i.oleo cedri perfusi:Cedrus autem arbor est auctore Diascoride (quædam parua)ac spinosa fructu iunipero similis.Alia maior fructus eius cypresso similis:sed minor & cedrides uocatur Cariem uetustatemq; non sentit:nec rimam fissuramq; capit sponte:ex cuius arboris trabibus tectum fuit templum dianæ ephesiæ(ut auctor est Pli.)apud quem plura de cedro:& apud Theophrastum li. iii.lectitabis.Illud autem notatu dignum q antiquitus cedrus in delitiis.Inter odores utebatur iuxta illud Maronianum.In.vii.Vrit adoratā nocturna i lumina cedrū.uersum.Homeri ex.v.odis.hic ēt docēte subscripsimus.τηλοσε δ' οδμη κεδρου τε ευκεατοιο θειου τ' ανα νησον οδωδει δαιομενων.i.pcul odor cedri:& citri ardētiū p insulā redolebat:ex quo Colligimus nō parū errare q citrū & cedrū eandē eē arborē existimant . Apud Dionē in & aliquos scriptores græcos Cedrū & poma cedra p citro:& citrus appellata inueniunť:q aūt(qđ pene oblitus sum)oleo cedrino ungerenť libri docēt Mar.Oui.Ora.cæteri.¶ Nec metuētia.Scōbros.i. quibus ob elegātiam:& dignitatē nullum Immineat periculum a salsamentariis:a quibus cuculis papiraceis ex uilioribus carminibus confectis pisces inuolui consueuerunt:est autē Scombrus piscis:cui sub aquis sulphureus est color:extra qui cæteris:ex quo laudatissimum garum fiebat in finibus carthaginis Spartariæ:a cetariis:sociorum appellatum singulis millibus nummum permutantibus congios pene binos:auctor Pli. lib. xxxi.cap.vii.sumptum autem hoc est ex illo catull.Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas:ex quo est & illud Martia.Nec scombris tunicas dabis molestas.¶ Nec thus.quod aromarii siue speciarii uendentes cucullis inuoluunt:qui fiunt ex libris insulsis:& ingenium non habentibus:quo uiuant: de thure autē:quod a uerbo θυω sacrifico deriuatur multa.Plinius q̄ qm uulgata sunt non referemus:illud tm̄ non prætereundū censeo:quod tradit apostata ille magnus porphyrius: Thymiamate.i.hoc est thureo suffimine deos coli eē conueniens:tum quod gratius:& acceptius: Tum quod purius:& emaculatius q̄ hecatombe.Deos enim sanguis haud q̄q̄ oblectat:hinc athemensibus petentibus quare Lacedemoniis potius dii:q̄ sibi uictoriam largirēť: cum athenienses sacrificarent egregius hæc suscepit(ut utar uerbo Apuleano)hāmon:placere sibi magis lacedemoniorum benedicta:quam reliquorum cuncta græcorum sacra Auctor Plato In.ii. de uoto . Hippocrates granum thuris:quod græci chondros dicitur : Pyrena hoc est nucleum quandoq; appellat . Libanos : græce dicitur odor thuris : quod ideo dixi : ut obiter corrigas codicem Plinianum in .xv. capitul. xviii.ubi sic passim legitur: lebasneos thuris odore ; ut scribe libaneos . idest λιβανιον siue λιβανωδες.

Thus. Thure colete deos gratius q̄ hecatōbe. Condros Libanos Emaculatus Plini?

¶ Quisquis es.aduersarium in hunc sensum Persius alloquiť:O tu.quem in opere meo aduersariū mihi constitui:si aliquando ex prōptuario literario:ex incude:& officina nostra exit opus aliquod tersum: elucubratum:perfectū ingenio:& ellaboratum industria:tunc nō metuo laudari:laudes tunc nō floccipendo: etsi ei.n. hoc hois ingenii obstupescentis:& cornea duritie præditi:& penitus homicidæ:(qui enim famam suam negligit homicida creditur)sed existimo in illa laude: qua auditores te recitātem prosequūtur:& celebrāt: ne pote adulatoria:summum finem bonumq; extremum non esse collocandum:pp quod uirtutibus debeas incūbere.¶ Si qđ aptius exit.i.si quid apte:eleganter:graphiceq; composuerim.Quādo hæc rara auis:uerecunde uires suas extenuat.dum dicit se raro aliquid scribere:quod dignum:& luculentum existimeť:& ē prouerbialis locutio:qua utitur & Iuue.Rara auis in terris.Marullus.Itē poeta elegantissimus Rara rara auis est bonus poeta: Alludit autem ad phœnicem auem:quæ sola in mūdo est.Oui.Et uiuax phœnix unica semper auis.sacra est soli: unde cecinit.Claudianus: Hæc fortunatus nimium titanius ales Regna colit:in hanc auem: de qua Pli.Lactantius.Hiero.mutatus fuit ceneus(ut scribit Oui.in.x.met.)qui utriusq; sexum habuisse diciť hinc Statius.Nec magnū ambigui fregerunt cenea sexus.Ver.Et iuuenis quondā nūc fœmina cene⁹.

Phœnix. Cene:in phœnicē.

¶ Non est mihi Cornea fibra:nō sum tā stupidus:non sunt præcordia mihi tam Cornea:ut uoluptatē nō afficiar:& nostrū non tentent gaudia pectus:cū ppter aliqd egregie uel dictū: uel factū uiri me celebrāt:& laudibus nō modicis psequunť.¶ Fibra fibrū antiq(ut ait.M.Varro.)extremū dixerūt: unde fibræ dictæ sunt extremitates omniū rerū:& iocinoris Cōr.celius in quarto:iecur in quatuor fibras diuidiť Ver.Cui pecudū fibræ:cœli cui sidera parēt.Pli.Murū iecusculis fibræ ad numerū lunæ dierū in mēse cōgruere dñr:dñr & de pulmone aliisq; uisceribus:Cuius rei testis est Cornel.celsus de pulmone sic scribens. in duas fibras ungulæ bubulæ mō diuidiť Lucanus:pulmonis anheli fibra latet.Quin & radices Pli.Ver.M. Tullio fibræ dñr: q arborū herbarū ue extremitates sunt.¶ Cornea.dura ferrea addamantina:ut laudis dulcedine nō moueať: a corno uel a cornu.natura ab utroq; deduciť Corneus.Ver.Cornea bina ferunt.Præfixa hastilia ferro.Pli. pro labris cornua:& acuta uolucribus rostra.hoc a cornu:illud Corno,

Fibrum Fibræ. Corneus. Caducares.

¶ COS populi meruisse.idest fauorem:& hoc dicit:inuenitur homo qui contemnat fauorem:nec uelit eẽ lau- CORN.
datus a præsentibus auditoribus famam sibi ac existimationem poetæ per omnem liquere. ¶ Et cedro di-
gna locutus:carmina digna cedro: ideo dixit.Nam mos apud ueteres erat chartas in quibus scribebantur
oleo cedrino ungere:quasi & ipsas diu durabiles facerent:& a tineis conseruarent. Alii. dicunt genus ligni
ꝙ dignum bibliotheca habetur.Nunc ergo dicit.quis non uelit ea carmina scribere:quæ & populus laudet
& crebro perungantur:quo diutius durent zeuma uelit. ¶ Nec scombros metuentia carmina:nec thus.Quę Tinea.
carmina nullum periculum habeant apud salsamentarios & thurarios: ideo dicit ꝙ chartæ in quibus uilia
carmina scribebantur quasi non necessaria:ad thus inciduntur inuoluendum ad salsum scombri dicũtur pi- Scõbrus.
sces salsi de quo fit optimum garum:per scombros:ergo significat salsamentarios : per thus pigmentarios.
Hæc & Hora.pri.episto.dicit.Ant fugies uticam aut uinis. ¶ Quisquis es o modo quẽ ex aduerso dicere fe- Horatius
ci.Hæc uerba sunt Persii ad quemlibet poetam laudis cupidum:& hoc dicit.at tu quẽ in hoc libro affatũ si-
mulaui aduersarium qui mihi obiicis risum importunum audi:mimica & comica exclamatio:quoniam nun-
q̃ omisso recto sermone extra scenas soli loquuntur sustinentes suam personam:aut aliquo ex hominũ uer-
ba interponit.Ideo tu quem induxit extra loquentem & eam non inducit personam quam ab initio induxit
alterna narrante. ¶ Non ego cum scribo:si forte quid aptius exit.Quando hæc rara auis est : siquidem tum
aptius exit.Laudari metuam credo est.Non ego laudari metuam:immo dico fauorem appetendum esse :&
gratum:uersibus laudabilibus exhiberetur:sed forte id inueniretur in meis uersibus gratiosum ꝙ raro con
tingat non fugio laudem cum scribo. ¶ Quando hæc rara auis est. Translatio sumpta a phœnice quæ dici- Phœnix
tur sexcentesimo anno colorem habere niueum q̃ omnes uirgas odoriferas colligit & sibiipsas parat. Mox
autem ut sol occidet et se flãmis imponit & cũ sol oriri cœperit de cineribus suis:& cum sole nascitur:& hoc
ꝓuerbialiter dr̃:rarã auẽ quã post longũ tp̃s uidemus.Et hoc Persius nerecũde:raro se cõmode dicit scribe
re:ceu phœnix quæ circa partes indiæ est & tandẽ ad uidẽdũ hoĩbus ꝑfert.Itẽ scribo p̃ntis:& exit posterior
sillaba nõ subibo:Persiũ notissimũ hominũ exit dixisse correpte q̃nis qdã ꝑducant eã & uerbi pręteriti tp̃is
faciãt. ¶ Laudari metuã.i.noli laudari. ¶ Neq;.n.mihi cornea fibra ẽ:synecdochicũ.i.corniuũ pectus:metha- Fibra
phoricos durã quoq; & adamãtinã dicimus frontẽ iprobã.Fibra est pars iecoris synecdochicos ꝓ tota fron
te accipi dẽt.Vnde qui affectibus nõ mouenť durã hñt fibrã cũ præcordia:contra.h.d.nõ tñ ab humanitate
dissentio:aut adeo durus sum sensu:& ea q̃ humanitatis sunt solus spernam.i.ut possum nõ lætari laudatus:
nec dolere culpatus relatiue est ad regulam patientiam quoniam negligit laudem & culpam spernit.

¶ COS populi meruisse.i.inueniť ne quisquam qui plausum populi:& laudes cum ex merito ueniãt contẽnat. IOAN. BRI.
¶ Os populi.i.laudẽ. ¶ Cedro digna.i.quæ perpetuo seruentur.illi.n.tãta uis est & præcipue q̃ in Syria na- Cedrus
scitur:ut in ægypto corpora hominũ defunctoꝝ ꝑfusa eius liquore q ex ligno mõ aquæ fluit seruenť libri:
auctore Vitruuio oleo cedrino tincti nõ timẽt tineas:nec cariẽ.Et Hemina in annalibus scriptũ reliquit:li-
bros Nũmæ reptos a Cn.Terẽtio sub ianiculo non fuisse consumptos q̃uis annis q̃ngẽtis.xxxv.infossos q̃m
cedrati essent.Mar.quæ cedro decorata purpuraq; nigris pagina creuit umblicis.Idẽ alibi.Cedro licet am-
bules perunctus. Hora.Speramus carmina fingi posse linẽda cedro Oui.Nec titulus minio:nec cedro char-
ta noteť. ¶ Scombros metuentia:Papyraceis cuculis salsamenta uendebantur.Mat. nec rõchos metues ma Scombri.
lignorum:Nec scombris tunicas dabis molestas.Scombrus piscis ex quo laudatissimum fiebat garum : hoc
salsamenti genus est.Mar.Expirantis adhuc scombri de sanguine primo.Accipe fastoꝝ munera chara gaꝝ.
Hinc dicta est Herculis insula ad Carthaginem spectans a scombrorum multitudine captorum Scombria:
autor est Strabo. ¶ Nec thus.in Arabia colligitur in Sabota monte excelso.Regione Saba.Saba uero my- Scõbria insula
sterium significat:ut græci interpretantur.Ver.India mittit ebur molles sua thura sabei. ¶ Quisquis es o Thus
modo.Monitori introducto respondet Persius. ¶ Non ego cum scribo si forte quod aptius exit Laudari me Saba
tuam.Hoc ad illud refertur.An erit qui uelle recuset os populi meruisse.Sensus est.Non nego inquit si quod
recte me scriptũ fuerit:mihi quoq; placere laudes populi. ¶ Quando hæc rara auis est.Verecunde suas ex-
tenuat uires:sumpta est translatio ex phœnice:quem unum in toto orbe tradunt aquilæ magnitudine , aut
fulgore circa colla:cætera purpureum:cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus : Christis faciẽ ca- Phœnix
putq; plumeo apice honestare,Sacrum in arabia soli esse uiuere annis sexcentis sexaginta prodidit Mani-
lius senator ille maximus nobilis doctrinis doctore nullo:Senescentem cassia:thurisq; surculis construere:
nidum replere odoribus:& super emori:ut ossibus deinde ac medullis nasci primo ceu uermiculũ.deinde fie-
ri pullum.Corne.Valerianus phœnicem deuolasse in ægyptum tradit:allatumq; esse in urbem.Claudii prin
cipis censura:& in comitio positum quæ omnia:ut fabulosa scri.Pli.Oui.Et uiuax phœnix unica semp anis.
¶ Fibra:pectus.Fibra extremum dicitur iecoris:& cuiusq; fere uisceris.Antiqui fibꝛ dicebant extremũ: uñ
in fagis fimbriæ dñr.autor est Varro.Fibræ item dñr in portis:& arboribus. ¶ Cornea dura:ut laudis dul- Fibra
cedine non moueatur:Corneum:& a corno:& a cornu deduci potest a corno.Vir.Cornea bina ferunť præ-
fixa hastilia ferro:a cornu Pli.Pro labris cornea & acuta uolucribus rostra.

¶ Os populi sermonem ac laudem:quæ quia non nisi ore fieri potest:id quod facit pro eo qd sit denomina- BART. FON.
uit.Et cedro digna elegantia:& perpetuo seruari digna.Cedrus enim arbor tineam nescit.& non facile uetu
state corrũpiť. ¶ Scombros:marini pisces scombri sunt qbus in aquis sulphureus color est:extra aquas ue-
ro idem:qui cæteris atq;:ut Strabo uolumine.iii.auctor est.Ex his harũ optimũ hoc salsamẽti genus est:cõ
ditur quo liquore:ut scribit Pli.nullus pene præter unguenta maiore in pretio eẽ cœpit:tãto uero scombro
rũ multitudo in freto hispano est:ut insula ad cartaginem nouã spectans:ab eaq; urbe ad quatuor &.xx. sta
dia distans a scombris sit scõbria nuncupata. ¶ Quisquis es o modo.respondet Persius non se uerã laudem
quæ ex recte scriptis oriať quærere:sed plausus assentatoꝝ contemnere.Si forte quid aptius exit.si qd apte
concinneq; descripserim:quod raro paucisq; contingit:tũc laudẽ meritam non recuso:hoc aũt loco cõdupli
catio est rõne amplificationis facta plurium uerboꝝ iteratione. ¶ Neq;.n.mihi cornea fibra nõ ita dura ꝑ-
cordia mihi sunt:ut laudis amore nõ efficiar . Fibrę uero q̃q̃ & iecoris & cordis:& cuiusq; uisceris extreme p
tes:& uenaꝝ quoq; pertennes quidam meatus per quos sudor emanat sunt:tamen etiã quãdoq; arboribus
tribuunť.Pli.n.de arboꝝ sationibus solum ait legi oportere q̃ maxime rimosum ne sol exurat fibras:q uero
laudis spiritu non afflanť:corneas:quasi præduras fibras habere dicuntur.

> Sed recti finemq; extremumq; esse recuso
> Euge tuum: & belle. nam belle hoc excute totũ.
> Quid non intus habet? non hic est ilias acci
> Ebria ueratro: non si qua elegidia crudi
> Dictarunt proceres: nõ quicquid deniq; lectis

IO.BAP. PLAV. ¶SED recti finẽ. ordo est sed ego recuso euge: & tuũ belle: eẽ finẽ: & extremũ recti. i. nõ credo uirtutẽ pp gloriã eẽ colendã: sed pp se. gloria. n. nõ efficit hoiem felicẽ: gloria uõ est finis felicitatis: quẽ quaerimus: cũ sit res
Gloria caduca: & intra breue seculũ flacescat: unde merito exclamat tragicus poeta O doxa: doxa: o gloria: glia qd
Virt⁹ se ipsa cõtenta aliud es: q̃ auriũ inflatio magna. ¶ Recti finẽ. pp quẽ uirtutẽ colere debeã: qã pp se nõ autẽ pp aliud expetit̃ uirtus (ut tradũt philosophi): q̃ se ipsa cõtenta est (ut docet. M. Tullius in. iii. tus. his uerbis) Prudẽtiae uero quid rñdebit dicẽti uirtutem se eẽ contentã: unde Silli. in. xiii. punicoꝝ. ipsa qdẽ uirtus sibi met pulcherrima
Excutio. merces: Quã plane s̃niam Claudianus his uersibus mutuatus ẽ: ipsa qdẽ uirtus p̃tiũ sibi nõ opis externae cupiẽs: nõ indigna laudis: Diuitiis aiosa suis. Immotaq; nullis casibus ex alta mortalia despicit arce. ¶ Euge tuũ & belle. uoces appludentiũ poetae recitãti: plenae pfecto adulatiõis: & iõ paruipẽdendae. ¶ Nã. reddit rõnem: quare laudes
Excussores. auditoꝝ floccifaciat. ¶ Excute. inspice: euolue. Excutere pprie e mouere: Cicero: Explica: atq; excute intelligentiã tuã. Plau. Excute dũ palliũ. Sed qa uidemur q̃si res pensitãdo mouere factũ est: ut ad il-
Explodẽdi adulatores lud p metaphorã referare: aliqñ est eurere. Ver. Excutit̃ pnusq; magister. A quo dñr excussores eq; q sessorẽ deiciũt. Pli. Excusso Circensibus auriga: cucurisse excussores cõstãt: & primatũ obtinuisse. ¶ Quid nõ intus hẽt. s. inanitatis: derisionis: adulationis: & assentationis: q̃ multoꝝ uitioꝝ mater est. ¶ Qua pp (ut idem Per-
Laus Iuliani & Augusti. sius facit: & p̃cipit) explodendi sunt assentatores: adulatoresq;: qui ad uoluptatẽ loquuntur oia: nihil ad ueritatẽ: uñ merito laudat Mamertinus Iulianũ impatorem: q aduersus oẽs assentatoꝝ illecebras: captiõesq; munitus eẽt: quodq; a fucatis adulantiũ uenenis piculũ nullũ foret. Augustũ ẽt celebrãt: ex eo q oẽs adulationes in decoras represserit. haec dixisse placuit: qa nemo hac tempestate: nisi metus assentator: qui igniculũ brumae si tpe posces accipiat endromidẽ ad honores scãdit: & dignitatibus cõdecoratur, pbitas aũt & uirtus laudat̃: & alget. ¶ Nõ hic est ilias acci. facessant inquit Persius uestrae Adulationes: quibus recitantibus applauditis irrisionibus: & subsannationibus refertissimis: nam labeoni: caeterisq; quiritibus nõ sum similis: qui gloriae: & laudis studio tantopere tenentur: ut ex re: & opere ẽt insulso: & inepto laudari: & celebrari cupiant: quod ut assequamur cõuiuas conducunt: hoc nostrę tempestatis homines q̃ plurimi faciũt: unde fit ut uitã in gloriam supplicium existimantes ambiant: rogent: supplicent. Iniurias: & contumelias non paucas p-ferant. ut ad honores. cupitos, exambitosq; aliqñ perducantur. ¶ Hic. liber meus. ¶ Ilias acci. opus acci labeonis: de quo suprascripsimus: hic aũt (ut Innuit Persius) Iliada Homeri uersibus latinis fuerat Interpretatus: adeo puerse ut opus suũ ipse: nõ intelligeret (ut qdã dixerũt) multi existimãt hũc labeonẽ opus Homeri de uerbo ad uerbũ cõtra p̃ceptum Oratii in linguam latinã trãstulisse: qd nequaq̃ eius est: q seruare uelit eloquii uenustatẽ: tales uocãt graeci παραφρασταί. ¶ Ebria ueratro. i. plena ueratri: qd sepi sumpserat:
Elleborũ ut melius: & elimatius iliada Homeri interpretaretur. Eleboꝝ autẽ: quo peculiariter medici cathartes utũtur: nascitur in antycira. Oui. In ii istibus. Ibibe dixissem purgantes pectora succos. Quicquid & in tota nascitur antycira. Quod pleriq; studiorum gratia ad prouidenda acrius: quae comentabantur: saepius sumptitauerunt: ut carneades responsurus zenonis libris: Auctor Pli. lib. xxv. plura A gellius lib. xvi. & Stra. li. nono helleboro cothurnices uictitant: ut autumat Alexander aphrodiseus. Galienus in libro περὶ κρασέων. Cicuta inquit sturno: & coturnicibus helleborum est cibus: hominũ autem uenena. Plini. lib. x. naturalis historiae. Coturnicibus ueratri semen gratissimus: quam ob causam eas danauere mensis: simulq; Comitialem morbum de spui assuetum: quem solae animalium sentiunt p̃ter hominem. unde Apuleius rustice magis q̃ sci-
Locus Ouidii te dixit morbo comitiali asellum conflictari: hoc dicit: ut obiter codicem Ouidii in primo amorum emacules: ubi legitur Ecce coturnices inter sua praelia uiuunt forsitan: & fiunt inde frequenter anus: ut lege prandia. Plautus in rudente helleborosum fatuum: & dementem appellat: qui indigeat helleboro: de quo plura
Locus Plau. inferius: potes & apud Plautum helleborosum purgatum: & helleboro fatuus medente: (ut est apud Philostratum) exponere. ¶ Non si qua elegidia. ordo est hic liber meus non est elegidia: si qua Crudi proceres di-
Crudus ctarunt: idest mihi talis non est natura: tales mores: quales ingeniti: atq; insiti sunt istis summatis uiris: & potentioribus: qui ex qualibet re etiam minima: ex quocunq; opusculo laudes: & gloriam conductis conuictoribus uolunt aucupari. ¶ Crudi. qui non perfectam sapiunt poetices disciplinam per met. nam Crudus proprie est contrarium cocto: quod ponimus quandoq; profecto. Quid si hic crudos proceres: qui non bene cõcoxerunt: propter cibi multitudinem intelligeremus. nam Crudus & hoc significat. Orat. Crudi tumidiq; lauemur. Quinti. Crudo Oratori declamandum non putat. Cice. Quod in cenam nõ ueniret: q esset crudior. alias dicitur durus (ut interpretatur. Seruius) Ver. in. xii. Et qua fata celerima crudo Transadigit costas: &
Locus Iuue. crates pectoris ense: aliquando crudelis: quandoq; Crudi etiam cibi dicuntur: qui indigesti: & nondum cocti sunt: Iuue. Et crudum pauonem in balnea portas: non enim dicit crudum: idest durae digestionis (ut quidam hallucinantur) sed cum cibus sit delicatissimus uoluit illorum. Ingurgitationem demonstrare: qui cor-
Cruditas pus & stomachum suum carne pauonis adeo distendebant: ut illam q̃uis tenerrimam: & leuis digestionis Calore naturali digerere: & conquoquere nequirent. A Crudo fit cruditas pro gurgitatione: & replectione. Cicero lib. ix. episto. ad petum. Status est hic Cruditate: q̃ istic fame: Quomodo autem proueniant Cruditates docet Macrobius in septimo sat. ¶ Proceres. principes: & summates. nobilesq; Romani. ¶ Dictarunt. cõposuerunt altero scribente: excipienteq;. Quintil. dictandi delicias Improbat: cum Impropria effluant. & alia incommoda subsint. alia dictare est praescribere: suadere: commonere: Apuleius. patere oro te inquam
Elegia. dũ dictat occasio. ¶ Elegidia. diminut. usus est satyrice: & mordaciter: ut eos merito reprehendi ostendat: qui non ex opere: sed ex opusculo breuissimo laudes quaererent: & commensatioubus uenarentur. Elegia autem est carmen compositum exametro uersu: pentametroq; ad inuicẽ positis (ut scribit Diomedes) Quo genere Carminis apud graecos clarissimi tres fuere scriptores: Callimachus: philetas chous: quorum memi-
Mimnermus. nit Propertius sic dicẽs Callimachi Manes: & choi sacra phĩletae in uestrum quaeso: me sinite ire nemus: Oui. in artę. Sit tibi Callimachi sit choi nata poetae Sit quoq; uinosi tela musa senis: Tertius fuit Mimner-

mus de uoluptate scribens:cuius meminit Orat.nam mimnermus uti censet sine amore Iocisq; Nil est iucun
dum.Apud latinos uero Propertius.Catullus:& Tibullus.dicitur autem siue παρατωευαιςειν τους τε
θνεωτας:defunctorum enim laudes hoc carmine comprehendebant:siue αωο του ελεου:idest miseratiõe q
Tyrenus græciq; ελεγειας isto metro scriptitauerunt:Quod sensit & Orati.Elegos miserabiles appellãs.
Oui.In amoribus de morte Tibulli Flebilis heu mestos elegia solue Capillos Ahnimis ex uero nunc quoq;
nomẽ habes.Idem Elegeia flebile carmen.Mox ad res lætas:amoresq; usurpari cœpta est. unde eã blandã
appellat idẽ in secũdo de reme.Oratius.Versibus Impariter iunctis quærimonia primũ post ẽt inclusa ẽ uo
ti snia cõpos.Quis ferit elegorũ inuẽtor grãmatici certant.Illud nõ est prætereũdũ silentio. Tortellium & Error tor
Tibulli interpretem errare elegia nõ elegeia apud Ouidium legendum esse arbitrantes. tel.
¶SED recti finẽq; extremũq;.h.d.amo laudẽ qdem nõ falsam:sed q̃ ad finẽ & extremũ recti.i.ad ueritatẽ in CORN.
tẽdit finem recti & extremũ dicit secũdum philosophos:q dicũt summũ bonũ in recto atq; honesto constare
ut Luca.Seruare modũ finemq; tenere:sed recti finẽq; neq; enim durat sensus tacite scribere:ut statim me Lucanus
recte fecisse perfectũq; esse crediderim cũ tuũ euge:& belle audieto.Hoc.n.dici solet uicio Labeoni ita di
xit.¶ Extremũq; esse recuso:tanq̃ in his summũ iudiciũ sit.Solent nãq; auditores euge & belle respõdere re
citantibus.¶ Esse recuso euge tuũ & belle.Sed laudationẽ inqt tã non puto.i.dissimulationem:neq;.n. scri
bentis hoc fine deberent esse contenti:ut euge tuum audiant.¶ Nam belle hoc excute totum:translatio a ue
stimento pleno sentibus uel qbuscũq; corpusculis qd dũ excussum fuerit:qcqd habet abscõditum proiicit.
¶ Quid non intus habet Dicit rephensionis uel ineptiarũ uel turpitudinis uel derisionis.¶ Non est hic ilias
acci.Ebria.Hic idest in satyra mea.¶ Ebria.dicit per hoc nimis plena uel nimis insana. Accius Labeo poe Accius
ta indoctus temporum illorum qui iliadem Homeri uersibus fœdissime composuit:ita ut nec ipse se post nõ
intellexisset:& si elleboro purgaretur græce autem elleborũ:latine dicitur ueratrum quod datur insanienti Ellebor⁹
bus:ut eos ad integram mentis ualitudinem perducat.In hac in laude quid non inuenies:& ipsum attributũ
Accio Labeoni:a quo iliada Homeri male tractatam iam diximus:cuius simile carmen suum negat Persius
esse ebriam dixit:q uersus non sunt: aut q pp ingenium elleborũ biberit:& q̃q̃ ebrius corde:nihil tamẽ pro
ficerit : & eleboro sæpius sumpto perduci non potuerit ad sanitatem.¶ Non si qua elegida crudi. Dictarũt
proceres:cathacini non sunt hic elegida quæ crudi proceres solitæ sunt facere.¶ Crudi.Indigesti uel temu
lenti.¶ Elegida:Dixit deriuatũ ab elegis:ut hoc nomen aliquã molliciã significat:ergo.h.d.nolo me laudes
uerbis quibus soles laudare:elegos principium uersus q nunq̃ nisi cruditate poemata faciunt.¶ Non quicqd
deniq; lectis scribitur in citreis:A nobilibus.s.nec ea quoq; probas quæ in lectulis citreis scribunt qui apd
citreas tabulas pariter ornabantur quas:& cæra incærabant:& quicquid ad animũ ueniebat statim notare
tur ne uis ingenii periret.Citrum quippe anna p̃ciosum notabat cũ auro cõparãdũ.uel certe:qa locupletes Citrum
recũbentis in p̃ciosis lectulis delicate sine cura scribebant bella cũ euge.locupletibus contigisse sæpe dicit
qui crudi:& extra cœnam super lectulis citreis iacentes male scribuntur oscitantes uel delicate sine cura eo:
ideo arguit q laudant locupletũ poemata:qa & cœnas p̃stare solẽt:& uestes ponare & hoc dicit:nõ hęc sunt
carmina q̃ super lectulos citreo discũbẽtes:siqdem nõ põt ibi aliqd rei politæ:aut uirtute inueniri.nã antiq
spondeas citreas cæratas habebãt.ut siqd eis recte in mente uenisset inscriberet ne statim periret.¶ Calidũ Spondæ
sis ponere sumẽ.scilicet cõuiuis:& dicit illi Poe.nosti captare aĩos audientium carmine tuo.tu eos sic pascis
delicate.¶ Scias comitẽ horridulum trita donare lacerna:Idest scis birrum ac tritum comiti cõdonare illa. Vergilius
redonare dicimus.ut Vir.Hac re nos.f.d.ac.& facit apostropham ad diuitem poetam propter quod uelit fa
uorem iuste conquirere.trita lacerna aut ueterem aut certe tritem tenuit textum dixit.
¶SED recti finemq; extremũq; esse recuso:Euge tuũ & belle:hoc pẽdet ex stomacho superiorum carminũ. IOAN.
Quid didicisse:nisi hoc fermentũ & quæ semel intus.Innata est rupto iecore exierit caprificus.Sensus enim BRI.
est.Recuso laudem eẽ eam propter quã rectum sit collendum:quia sublata laude sequeretur uirtutes non eẽ
colendas:dicit igitur se recusare laudẽ eam esse ad cuius finẽ summum rectũ sit colendum : nam per se uirtus
est colenda:Vnde exclamat Iuue.Tanto maior famæ sitis est q̃ uirtutis.Quis enim uirtutẽ amplectitur ip
sam.Præmia si tollas:Ordo est:Recuso euge & tuum belle eẽ finẽ & extremum recti.Recuso euge & tuũ bel
le.i.laudes & adulationes quibus hoc modo recitantibus applauditis.¶ Esse finem & extremũ recti.i. exeas
ad quarum finẽ rectum.i.uirtus colatur.¶ Finem & extremum exaggeratio est:idem enim sonant.Nam belle
hoc excute totum.¶ Quid non intus habet:hoc dicit:Si bene has laudes inspexeris:eas adulationum & irri
sionum inuenias plenas:nec ex uero proficisci iudicio.hinc est indignatio poetæ.¶ Belle hoc:idest hãc lau
dem qua recitantes excipiuntur ab auditoribus. ¶ Excute.euolue.inspice.tractum a uestibus ex quibus pul
uis excuti solet.¶ Quid non intus habet.s.adulationis & irrisionis:unde sequit exclamatio poetæ. O iane a
tergo quẽ nulla ciconia pinxit:monet itaq; laudibus credẽdum non esse:cum eæ ex assentatione magis : &
irrisione proficiscantur.¶ Non est his ilias acci: auferte inquit istas urãs laudes quæ irrisionis plenæ sunt
nam non sum ego labeoni:& proceribus similis qui:& si male scribant laudis tamen tam cupidi sunt:ut lau
datores cœnis conducant.Sicq; sua tempora notat.¶ Non est hic ilias acci.i.hic liber meus nõ est ilias acci
labeonis:de quo supradictum qui laudẽ quærat.¶ Ebria ueratro ironia est.i.plena ueratri.i.ellebori:quod
ut melius scriberet sæpius sumpserat .id.n.potabatur ad aciẽ ingenii p purgandã iccirco Carneades Acha Elleborũ
demicus:ut scri.Gellius:responsurus libris stoici zenonis eleborum candidum sumpsit: sumebatur autẽ tu
tissime in anticyra insula Oui.Ibidem dixissem purgantes pectora succos.Quicquid:& in tota nascitur anti Anticyra.
cyra.Quare eo ut scri.Pli.Liuius Drusus nauigauit cum morbo comitiali laboret:sumptoq; elleboro libe
ratus est.Id humeros noxios:& insaniam hois emẽdat:neq; hyeme:neq; æstate:recte datur:optime uere:tol
lerabiliter autũno:autor est Celsus.¶ Non si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.ordo est hic liber meus
non est elegidia: si qua crudi proceres dictarunt.i.non ego similis sum diuitibus:& primoribus qui siue ele
gias siue quid aliud scribentes laudem cœnis:& muneribus uenantur.¶ Elegidia:elegidium diminutiuũ est
græcum ab elegia inuidiose:& satyræ diminutiuo usus est:ut ostendat etiam in minima te laudem quærere:
In elegis claruerunt apud græcos Callimachus:Phileras.Alexander ætholus.Anthimacus.Calinus.Mine Elegidiũ
rinus Tirtheus Lacedæmonius.apud latinos uero Tibullus qui auctore Fabio tersus atq; elegans auctor Elegi
est talis carminis.Propertius.Oui.Gallus Caluus. Catullus.Instituti elegia primũ deflẽdo desiderio mor Poetæ.

tuorũ:mox ad mores traducti.sed nomen tñ retinuerunt a miserabili cantu quo olim mortuos deplorabant:
nam eleo idem est quod misereor. ❡ Crudi quod corporis est ad animum transtulit:crudi enim dicuntur cibi
Crudum non cocti.& qui non facile cibos concoquunt.Ergo crudi.i.non cocti perfecte scientiæ. ❡ Proceres : primo-
res & principes urbis dicti q̃ emineant in ea sicut in ædificiis multi hoc est capita trabium quæ proceres di-
Proceres cuntur.Neronẽ notat q iuuenis carmina elegiaca scripsit.ut ostendit Mar.Ipse tuas & ueritus nero dicitur
aures.Lasciuium iuuenis cum tibi lusit opus. ❡ Dictarũt pceres:dictare ut dictũ est:enũciare quod alius ex
cipiat unde dictata. ❡ In lectis citreis.i.discubitoriis:Nam antiq in lectis discũbebãt.Hora.Sæpe tribus ui-
duas lectis cœnare quaternos.Iuue. ❡ Tertia ne uacuo cessaret culcita lecto.Ter.Lectulos in sole ligneis
Torus pedibus faciundos dedi ubi poteris uos.Vir.Auleis iam se regina superbis.Aurea composuit spõ.eosdẽ to-
tos appellarunt.Mar.Imperat extructos soluere nona toros Verg.Inde toto pater æneas sic alto.i.lecto di
scubitorio:contra eos qui toros pro sellis exponunt cum nusq̃ hoc inueniat.Hoc ideo de lectis studiosi⁹ scri
psi:ut imperitiores hoc loco lectos discubitorios intelligant:non autẽ ubi dormirent:nam cœnantes plerũ
q; tanto.n.scribẽdi studio tenebant:carmina dictabãt.Hora.Mutauit mẽtem populus leuis:& calet uno scri
bendi studio puerīq; pat resq; seueri.Fronde comas uincti cœnant:& carmina dictant.Lectis citreis:hominẽ
Citrus diuitẽ designat.Atlas mauritaniæ mons citrũ arborẽ pducit:unde mensæ citreæ fiebãt tãta taxatiõe:ut ha-
Citræ rum sumptus fœminæ uiris exprobrarent.cum ipsis margaritarũ luxus exprobraret eæ pcipue laudabantur
mensæ. quæ nudatim pauonũ caudæ oculos imitabant:tanto auro rependebant.Mar.Accipe fœlices atlãtica mu-
Lecto pa nera syluas:Aurea qui dederit dona maiora dabit.Et tricliniorum lecti discubitorii his tabulis optimi pa-
uonini. uonini dicebantur.Mar.Nomina dat spondæ pictis pulcherria pennis:Nũc iunõis auis:sed prius argus erat.
❡ Calidũ scis ponere sumen:hinc excãdescit poeta quod laudatores cœnis:& muneribus conducat.Hor.Nõ
ego uentosæ plebis suffragia uenor impẽsis cœnarũ:& tritæ munera uestis.Nõ ego nobiliũ scriptorũ audi-
Sumen tor.Mat.Quod tã grãde sophos clamat tibi turba togata.Nõ tu põponi cœna diserta tua est. ❡ Sumẽ ex pa
pillis porcæ lactãtis fit:ut placet Pli.idq; optimum ex porca primipara potiusq; uetere q̃ nouella.si mõ fre-
tus non hauserit.Mar.eẽ putes nõdũ sumen sic ubere largo.Effluit:& uiuo lacte papilla tumet.

BART. FON. ❡ SED recti finem.Sed recuso tuum hoc euge & belle & essentationes eiusmodi finẽ:& extremũ recti quasi
uerã laudẽ eẽ quæ in tali applausu nõ cõsistit.Nã belle hoc excute totũ.Hoc totũ belle exteriori ex pte atq;
excute intrinsecus uitiatũ & uanũ est:bellũ aũt deriuatũ a bono est. ❡ Quid nõ intus habet assentatio enim
multũ uitiorũ:& uanitatis intrinsecus habet. Nam ut de Gnatone parmeno apud Teren.ait Assentator ho
mines prsus ex hoibus stultis insanos facit.Nõ est hic ilias acci ebria ueratro. Hic nihil sĩe insanis scriptis
Acci reperitur.Sunt qui nunc accium ineruditum poetã autumant Homeri iliadã latinis uersibus transtulis
se:quam ita male cõuerterit:ut ne ipse quidem opus suũ intellexerit:ac ppterea elleboro se purgatit.Qui-
dã Acciã tragœdiarũ scriptorẽ intelligũt.Cuius librũ infra quoq; uenosum scribit:Sed q̃squis fuerit in eius
opus tanq̃ insanũ ueratro:qd & elleborũ dr̃ ebriũ eẽ significat. ❡ Elegidia:Elegidiũ ab elegia diminutiuum
deducit. ❡ Crudi.proce.crudũ cõtrarium cocto dicimus.Sed de stomacho loquimur non q̃ incoctum assum-
pium sit:sed quod stomachus non bene concoxerit crudum intelligimus.Iuue.Crudum pauonem in balnea
portas:hoc uero a stomacho ad indigestum carmẽ Persius tetulit. ❡ Lectis in citreis.Vel quod in tabellis ci-
treis hoc est ex citro arbore factis atq; selectis describitur.Vel qm antiquiores poetæ parietes cubiculi in-
cærabant.ut si qua noctu intra lectum carmina excogitassent:illic stilo facile annotarent.Hor.Immeritusq;
laborat.Iratis natus paries diis:atq; poetis.Citri sane arbor non multũ crescit:& folia habet maiora q̃ lau
rus.in athlante autem monte plurima nascitur.De ea Mar.Et maurisiaci pondera chara citri. ❡ Calidũ scis
ponere sumẽ.Et cœnam dare:& lacernam uestem donare scis tua carina laudaturis.Sumẽ uero : porcarum
mamma salita est. ❡ Scis comitem horridulum:pro trementi horridulum ponit:quoniam frigus horrorẽ so-
let inducere.Verg.Campiq; natantes lenibus horrescũt flabris. ❡ Lacerna trita:Lacerna genus uestis est Iu
ue.Crispinus tyrias numero reuocante lacernas.Vnde lacernatus:lacerna indutus deducitur: ut apud eun-
dem poetam.Ipse lacernatæ.dum se iactaret amicæ.

Scribitur in citreis.calidum scis ponere sumen.
Scis comitem horridulũ trita donare lacerna.

IO.BAP. PLAV. ❡ SCRIbitur.ab istis poetis. ❡ In lectis citreis.
In qbus discũbunt.Ora.Sæpe tribus uideas le-
ctis cenare quaternos Teren.Lectulos in sole li
gneis pedibus faciũdis dedit ubi poteris uos.ho
minem autẽ opulentũ:& locupletem:nummis te
Citrus. fertissimum &(ut inquit Plaut.)bene follitum significat:qui citreos lectos possideret.Citrus enim arbor est
Citræ mẽsæ. quæ in atlante mõte mauritaniæ nascebat:ex qua mensæ citreæ dictæ in maximo præcio apud antiquos fie
bant quas(ut scribit in.iii.Pli.)fœminæ uiris contra margaritas regerebant.Olim Cethegus mẽsam Citreã
permutauerat fundi taxatione Extant inquit Plini.hodie.Martia.Ciceronis in illa paupertate.& quod ma-
gis mirum est illo æuo emptæ libris undecim:Rotundæ erant:& orbicularæ.Mensis Citreis præcipua dos
in uena Crispis oblongo discursu:uel in torto:Illæ Tigrinæ: hæ Pantherinæ appellantur . fiebant autem
Tigrinæ eo artificio:ut dimidiatis orbibus non tantum rima:sed nec commissura usq̃.appareret: quos eboreis pe-
Pantherinæ dibus fulciebant.unde dixit Plini.eodem ebore numinum ota spectari:& mensarum pedes.Lucan.lib.x.den
tibus hinc niueis sectos Atlantide silua Imposuere Orbes:quales ad cæsaris ora Non capto uenere Iuba.
Mart.lib.ii.Tu Lybicos indis suspendis dentibus orbes.Iuuena.Sat.xi. At nunc diuitibus cœnandi nulla
uoluptas Nil rombus:nil dama sapit:putere uidentur Vnguenta: & rosæ latos : nisi sustinet orbes grande
ebur.alii referunt hoc ad illum antiquorum poetarum morem: qui parietes cubiculi. Incærabant:ut si qua
noctu intra lectum carmina excogitassent : Illic stilo facile annotarent . Orarius Immeritusque laborat:
Iratis natus paries diis atq; poetis : cæterum prior sensus placet : nam plerumque(tanto enim scribendi
studio tenebantur) cœnantes carmina pueris : quos a manibus habebant. dictabant . hinc poeta lyricus.
Mutauit mentem populus leuis:& calet uno scribendi studio:puerīq;: patresq; seueri Fronde comas iun-
cti cœnant:& carmina dictant. ❡ Calidum scis ponere sumen.hinc augetur poetæ Indignatio : atq; excã-
descentiam:q̃ diuites:& locupletes poetæ congregent corruptos adulatores: cœna:qui ipsis poemata Insul
sa recitantibus sophos :& calos succlament: in quos est illud epigramatarii poetæ. Non tu pomponi cœ-

na diserta tua est. Oratius. Non ego uentosæ plebis suffragia uenot Impensis cœnarum: & tritæ munere uestis. Inde iam non in urbane σοφωκλεισ: αποπασοφασ καικαλεισται uocantur: usdem latinũ nomen impositum est laudiceni: & tamen indies, crescit feditas utraq; lingua notata: quod aũt auditores huiusmodi rebus a poetis conducerentur: ostendunt in epistolis Plinius Iunior: & Cor. Tacitus de claris oratoribus: ubi loquẽs de poetis sic inquit. Rogare opus est: & ambire ultro: ut sint: qui audire dignẽt: & ne id quidẽ gratis. ¶ Sumen. Plinius libro octauo loquens de suibus inqt. ꝙ ex sue quinquaginta pene sapores fieri solebãt: & imprimis cõmendabat abdomẽ: seu sumẽ: quod fit ex papillis suillis uno die post partũ sectis: & salitis: a sugẽdo (ut scribit Marcellus) de quo distichon est apud epigrãma. Plinius: Huius & sumẽ optimũ: si modo fœtus non hauserit: Electitiæ tetertimum antiqui abdomen uocabant prius callere id sinentes occidere non assueti. sic enim legendum est non autem priusq̃ fit scientes. Fallitur mirum modum Domitius: & eius uestigia sectantes: dum putant uuluam id esse quod sumẽ: contra omnium auctorum. (quos equidem legerim) sententiam: & maxime Plinii: qui libro. xi. docet uuluam esse intestinorum partem in qua conceptus fit: & fœtus cõtinetur: qua non tantum Romani: sed etiam græci usi sunt: ut apud Atheneum scriptorem græcum legimus: cui facit idem illud Alexidis in Calimedõtem περιπα τρασμεν πασ τισα ποθνησκειν εθελει περιδε μητρασ καλλιμεδων ο καραβοσ idest pro patria quicunq; mori uult pro uulua calimedon Carabus. Quid autem sit Sumen iam docuimus: ex quo nota est illorum etiam lippientibus hallucinatio. ¶ Horridulum. frigore trementem. Iuuena. Et horrenti tunicam non reddere seruo: ab horrore: quem febres antecedere. quæ habent circuitum auctor est Celsus in. iii. alias horror dicitur pauor: formido: a quo horrendum significare formidandum putat Hieronymus ad sumiam: & fretellam scribens de psalmorum interpretatione. ¶ Trita lacerna. tritam dicit: ut hominis ostendat auaritiam: est lacerna uestimenti genus fimbriatum: quo olim soli milites utebant. unde & in destinguenda castrẽsi: urbanaq; turba: hos rogatos: illos lacernatos nuncupabãt: hanc græci uocant ephestrida: de qua intellexit Propertius in quarto illo uersu Texitur hæc castris quarta lacerna tuis. Idem in. iii. Tu tamen iniecta tectus uesane lacerna. Ouidi. in. ii. Fasto. Mittẽda est domino nũc nunc properate puellæ. Quamprimum nostra facta lacerna manu. lacernarum plura genera erant apud antiquos nam aliæ coccinę: alię beticæ nominabantur erant: & albæ lacernæ: quas in spectaculis induebant: quæ (ut ait Martia.) Comendabatur ad usus amphitheatrales. dicta autem est lacerna: ꝙ capitio minus sit: a lacerando: lacerum enim dicimus, quicquid cordore minutum: utrinq; indui potest: & utraq; reuci parte: hæc etiam abolla dicitur cuius Iuuena. Martia. cæteri meminerunt. ¶ Et uerum inquis amo. uerba poetarum: qui: quamuis ob laudem: & assentationem solam pauperes cœna: uel ueste conducerent: ut ab illis laudarentur: tamen ueritatem amare: adulationes uero odisse prædicabant: quod facientes Epicuro similes mihi esse uidentur: qui uerbis uirtutes laudabat tantummodo. Item Caio graccho: qui cum maximas (ut docet Cice.) largitiones fecisset: & effudisset ærarium uerbis tamen defendebat ærarium. sumptum autem hoc uidetur ex Plauti mostellaria. ubi ait Philocomasiũ. Ego uerũ amo: uerũ uolo dici mihi. mendacem odi.

Laudiceni.
Sumen.
Loc? Pli. emẽdatus
Error Domitii.
Horror.
Lacerna.
Loc? Propertii.
Lacernarũ genera
Abolla.
C. gracchus uerbis defendebat ærarium.
IO. BAP. PLAV.

Et uerum inquis amo: uerum mihi dicite: de me
Qui pote? uis dicam? nugaris cum tibi calue.
Pinguis aqualiculus ꝓpenso sexquipede extet.

¶ VERVM mihi dicito. an poema meũ tersum: elegans: graphice: & Adamusim compositum tibi uideatur: an flaccidum: languens & insulsum. sic Martialis. Dic uerum mihi Marce: Dic Amabo Nihil est ꝙ magis audiam libenter: q̃ scilicet ueritatem: quam Iouis filiam dixit Pindarus illo uersiculo. και θυγατερ αλατειασ διοσ. ¶ De me quis populi. sic coniunguntur hæc uerba: & huius carminis interordinium: cætera enim a poeta interposita sunt: ꝗdum nequit tantam hominum fatuitatem: & cerebrositatem sustinere. ¶ Qui pote. sensus est: quomodo uerum potes audire ab istis: qui hac sola de causa: ut carmen tuum laudent. cœna: uel ueste conducuntur. Pote declinatur hic & hæc potis: & hoc pote (ut tradit Prisc. in. xv.) a quo fit comparatiuum potior: & superlatiuum potissimum: & aduerbium potissime. Ser. in. x. ait: pote ꝓpotis hoc in loco positum esse: sicut Mage pro magis apud Ver. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. ¶ Qui. quomodo. Terent. Qui. Scis Ora. Qui sit Mecœnas: Plautus qui tibi nunc istuc in mentem uenit. ¶ Vis dicam uis a me inquit Persius audire uerum: & quod de carminibus tuis sentiam. ¶ Nugaris cum tibi calue. p. a. p. s. Hoc apud omnes pro comperto habetur: ꝙ hi: quorum guttur meditatorium latrinarum efficitur: qui emancipati sunt abdomini: ut pote gulones: & helluones maximi: quales Asoti græco uocabulo nuncupantur: quorum (ut inquit apostolus) deus uenter est: & quæ sub uentre sunt ꝙ hi inquam non plus sapiunt: q̃ rana gyrina: quippe (ut scribit Hieronymus) Quod & in decretis Canonicis legimus pinguis uenter non gignit sensum tenuem: quod sentit etiã Pli. scribens homines minus solertes esse: quibus sit uenter obesissimus: in quam sententiam pedibus etiam uenit Gallenus doctissimus (ut inquit Hierony.) Hippocratis interpres quod cur proueniat docet Plato in Timeo: unde Persius apertissime affirmat hunc poetam esse fatuum: & phreneti correptum: si credit aliquid elimatum: aliquid elegans: luculentum: & camœnali suauiloquentia compositum posse ab eo proficisci: qd laude & celebratione dignum existimetur: cum sit uentriosus: doliaris: & uentrem habeat prominulum. ¶ Nugaris: idest. carmina: & uersus nugatorios componis: quod non mirum cum cibariis: esculentis: scitamẽtisq; multiplicibus distentus In patinis animum semper habeas. boni enim poetæ: & qui litteris incumbunt tenui cibo: & castigat: hoc est λεπτοδιαιτα uiuere consueuerunt: si aliquid laude dignum ex se nasci cupiũt: quod gloriam & immortalitatem consequatur. ¶ Cum tibi Calue. Caluos duos eodem tempore fuisse comperio. Alterum oratorem: qui diu cum Cice. Iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit: fuitque uiolentus accusator & concitatus quem in uersibus componendis duriusculum fuisse ostendit Plinius Iunior in primo epistolarum. hic olim de Pompeio dixit Digito uno caput scalpit. Quo credas sibi hunc belle uiæ cõpositio eius. In actionibus ad exemplum Demosthenis rigida erat. cui mors properata fecit iniuriam: siqd adiecturus sibi: nisi quid detracturus: auctores Quintilia. & Seneca in. iii. controuersiarum. huius meminit & Cicero de Claris oratoribus: hic laminis plumbeis usus esse traditur ad cohibenda uisa ueneria In quiete sponte naturæ erumpentia usq; in morbi genus: qua te uires quoq; corporis studiorum labore Custodiuit auctor Pli. lib. xxxiiii. Alterum uero licinium Caluum poetam carminis lasciui scriptorem Catulli adeo

Potis
Qui.
Asoti
Piguis uẽter nõ gignit sensũ tenuem.
Qui lřis incũbunt leuiter comedant.
Caluus orator
Caluus poeta.

familiarissimũ:ut cũ Catullo ab Ouidio:Oratioq́ nominetur:hic carminibus elegis Quintiliæ amicæ mor
tem defleuit:ut testatur Propertius . Cellius scribit a caluo factas fuisse fluentes Carminũ delicias . Quod
testatur Ouid.lib.ii.de tristibus ad quem alludit.Persius:& est sensus.O poeta:qui carminis dignitate te cal
uo illo poeta nobilissimo nõ esse inferiorem putas uersus cõponis nugatorios:& est irrisio:alias calui dicun
tur qui laborant caluitio:quod ex nimio Coitu prouenire scribit Arist.in.v.de generatione.¶ Pinguis aqua
liculus.i.uẽter obesus:ptenius:pminulus:qualẽ collatiuũ nocãt.Hierony.ad Mar.Et pingui aqualiculo far
sos circũferãt hoies.sumptũ aũt est a Diogene:qui(ut auctor est Laertius)in Anaxamenẽ locatus inqt: pin
gui Aqualico rhetorẽ in partire:& nobis pauperibus uentrẽ:quippe:& ipse leuigaberis:& nobis emolumẽto
Sesqui. eris.Propenso,extãti:pminenti.propensus est aqualiculus in qt Hieronymus.¶ Sequipede.i.uno:& dimidio
pede.sesqui.n.In cõpositiõe dimidiaꝶ significat:unde sesquihora:hora cũ dimidia dr̃. Pli.Iunior Egerã tri-
bus horis:& dimidia super erat sesquihora:nã ita diuiserat tẽpora reus:ut ego quinq́ horis:ille reliquis ute
retur.Plau.in trinũmo.Sesquipede quidẽ est:q̃ tu lõgior.Sequipedalis Idẽ qđ sesquipes significat apud Epi
Sesquicul leare. grãmatariũ:apud Pli.apud Catullũ:apud oẽs.Sesquiculleare dolium Columellæ est triginta amphoraꝶ:
quasi culeum unum:& dimidiatum:Culeus.n.Plinio auctore mensura amphoraꝶ uiginti capax est: Sesqui-
plaga dicitur a Tacito:Sesquimodium:Sesquimensis a Varrone:Sesquiopus a Plauto:cuius hæc sunt uer-
ba ex captiuis:nisi quottidianos sesquiopus confeceris sexcentoplago nomen indetur tibi.

CORN. ¶ ET uerum inquis amo:& dicis mihi te cupidum esse iudicii ueri de tua scriptura : utrum bene dixeris an
male qui poetæ hoc dicit : tu uerum examen ab his audire desideras quibus non est habenda fides quoniam
te ipsum poetam putant obnoxium gulæ.¶ Vis dicam nugaris cum tibi calue pinguis aquiliculus propenso
sesquipede extet:hoc dicit quomodo potes uerum amare cum sis nugigerulus:uel cum o calue senator abun
dantia ciborum pinguis sis & uentrem habes ultra sex pedes extensum : quomodo tanta tensus crassitudine
præsis aliquid subtile:uel tenua sapere: operam scribendo perdis cum uentri tuo indulgeas ut in pinguedi-
ne crescat:tractus sensus ex græco uersu quo signatur ex uentre crasso tenuem uersum non nasci.¶ Aquali-
culus:proprie porci est hic ad uentrem translatio & est hyperbolicos.

IO.BRI. ¶ ET uerum inquis amo:ueꝶ mihi dicito:qui scribebant q̃uis muneribus & cœnis laudatores conducerẽt:
tamen se assentationes odisse monstrabant:& ueritatẽ quidẽ amare.Mart.in Gallicum.Dic ueꝶ mihi Mar-
ce:dic ambo.Nihil est quo magis audiam libẽter.¶ De me:cũ inferioribus coniungunt:ut sit sensus & ordo:
De me quis populi sermo.Cætera quæ interponunt a poeta:tãto stomacho & irrisione inferunt:ut singulis
pœne uerbis ardeat indignatio.¶ Qui pote.i.quomodo possibile est te ex his ueꝶ audire: qui ob scœnas &
munera accepta tibi assentati coguntur.¶ Qui:pro quomodo.Teren.Qui sis.¶ Vis dicam:quasi ille dixe-
rit.Cur non mihi ueꝶ dicet.¶ Nugaris cũ tibi calue pinguis aqualiculus:pro.se.ex.insanus qdem eis: si ex te
proficisci putas quæ digna sint laude:cum uentri tantũ inseruias: ex quo innuit ex crasso hoie & gulæ tantũ
indulgenti subtilẽ sensum non elici:nam ut scri.Pli.Magis auidi sunt ciboꝶ.qbus ab aluo longius spatium:
idem minus sollertes quibus obsesissimus uenter.i.pinguis.Nugaris.i.pro nugis carmina tua habenda sunt.i.
male quidem uersificaris:nec alter fieri potest:ut bene scribas:cũ epulis intentus sit.¶ Pinguis aqualiculus:
hinc fremit poeta.Aqualiculus receptaculum est sordidum.¶ Exter emineat.¶ Sesquipede : uno & dimidio
Aqualiculis pede:sesqui enim indeclinabile significat unũ & dimidiũ:addit cuius nominis Pli.Iunior ita scribit.Egerã tri-
Sesqui. bus horis & dimidia superat sequihora:nam ita diuiserat tẽpora reus:ut ego quinq́ horis:ille reliquis ute-
ret.Festus sit.Scipio Aphricanus primus fortissimũ quemq́ delegit qui ab eo in bello non descenderent : &
cætero munere militiæ:uacarent:& sesquiplex stipendium acciperent .¶ Pro penso protento quod procul
pendeat:idem q̃ emineat Calue quid hoc loco alii suspicentur uiderint.Ego uero ita interpretor:ut per irri
sionem eum caluum.uocet:hoc est poetam egregium:nam caluus poeta fuit epigrammatum præstantia ce-
leberrimus temporibus. C.Cæsaris de quo ita scribit Tranquillus. C.Caluo potest famosa epigrammata
de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior scripsit.Eiusdem Pli.Iunior ita meminit,Præterea: Põ-
peius Saturninus facit uersus q̃les Catullus aut Caluus Et alibi canto carmina uersibus minutis. His olim
Caluus poeta quibus & meus Catullus : & Caluus ueteresq́ : de Caluo poeta item sic legitur apud Macrobium : nam &
apud Caluum Acterianus affirmat legendum,Pollentemq́ deum uenerem:non deam Ouidius.Obuius huic
uenies hedera iuuenilia cinctus Tempora:cum caluo docte catulle tuo .¶ Est igitur sensus . O calue : O tu
poeta qui te alterum Caluum carminis præstantia putas,sicq́ irrisio est. Caluus item optimus orator fuit:
de quo & Plinius & Tacitus sæpe meminit in opere de claris oratoribus.

BART. FON. ¶ QVI pote:quomodo possibile est:nam hic & hæc potis & hoc pote dicitur.Vnde cõparatiuũ potior:& su
perlatiuũ potissimus:& aduerbia potius & potissime deriuantur.Dicit aũt quo pacto ueꝶ narrari ab audi-
toribus tibi uis:quos beneficiis obligaris:¶ Vis dicam.Vis ne ut tibi ueꝶ:& quod sentio eloquar. ¶ Nuga-
ris cũ tibi calue pinguis aqualiculus ꝓpenso sesquipede extet.Nugas loqueris.ac prope insanis talia carmina
describẽdo:cũ igenio rudi & pingui sis:Nã quod uentris est ad aium atq́ igenium nõ sine causa rettulit.Vt.n.
Plinius libro undecimo scribit.Minus solertes sunt qbus obesissimus uenter est.De Diogene aũt mutuatus
est:qui ut apud Laer.Legitur in anaximenẽ iocatus inqt.Pingui aqualiculo rhethorẽ ipartire:& nobis pau-
peribus uentrem:quippe & ipse leuigaberis:& nobis emolumento eris. Aqualiculus uero aluus est in quam
sordes confluunt:qui & si proprie porcoꝶ est,quãdoq́ tamen de homine reputatur.¶ Propenso sesquipede.
Extenso ac porrecto.¶ Sesquipes autem unum pedem & semis continet.Sesqui enim semis significat.Varro
de re rustica libro primo.Annus est diuisus in quattuor partes totus & idem subtilius sesquimenses in octo.
Sesquimensis itaq́ mensem unum & semis complectitur cum annus in duodecim menses partitus sit.

O iane a tergo quem nulla ciconia pinsit:
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.
Nec linguæ quantum sitiat canis apula tantum.

IO.BAP. PLAV. ¶ O Iane a tergo.exclamatio poetæ indignatio
nis reddẽdans:Inqua ianũ beatũ:felicẽ & fortuna
tũ appellat:qm̃ cũ sit bifrons:nõ possit irrideri a
Ianus q̃re bifrons. tergo.Ianũ aũt fuisse bicipitẽ:biformẽ:bifrontẽ
docet Oui.i fastis:q̃t ideo dici : fingiq́ autumar
Plutarchus ꝓptẽrea q̃ græcus fuit:& cũ in italiã
traiecisset linguam simul cum uictu commutauit,uel potius italos id tẽporis barbaros:& agrestes ab incom

inculto q̧ uictu ad humanitatem traduxit: uitamq̧ cultiorem. Alii dicũt geminũ uocari: ꝙ præterita sciue-
rit: & futura præuiderit: uel ꝙ superoꝝ: & iferoꝝ ianitor extiterit. plura lege apud Macrobiũ. & Augustinũ
lib. vii. de ciuitate dei. Quẽ. Ianũ. ¶ Nulla ciconia. derisuri aliquẽ digitis dextræ manus in unitatẽ collectis ue
luti Ciconiæ rostrũ effingũt: & manũ post tergũ eius motitãtes deridẽt unũ paulopost posticã sanã appellat:
Hieronymus ad rusticũ monachũ scribẽs. Si subito respexeris: aut ciconiaꝝ dephẽdes post te colla curuari:
aut manu aures asini agitari: aut estuãtẽ canis linguã ꝓtrahi: q̃ oia ex hoc Persiano trãslata sunt. Ciconię ãt
aues sunt notissimæ: de q̧bus (ut alia apud Pli. protrita silentio ꝑtereamus) fert illud scitu dignissimũ: ꝙ πε
λαργοί. i. Ciconiæ senescẽtes parẽtes educãt: eosq̧ senio lassescẽtes: ac alaꝝ remigio defectos subleuant hu-
meris: ac succolãt. unñ Ciconia auis pia nuncupat. Inde hoc ꝓuerbiũ græcis ortũ est ἀντιπελαργεῖν uti Lu- Ciconiæ
cilio enarrat ἐπὶ τῶν τὰς χάριτας ἀνταποδιδόντων λέγονται γὰρ οἱ πελαργοὶ γεγηρακότας τοὺς γο- senescẽtes
νεῖς τρέφειν καὶ μὴ δυσαμένους ἵπτασθαι φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων. Plato i alcibiade Nihilo igitur meus i te parentes
amor a Ciconia differt: si postea q̃ ꝓpe re uelut i nido amorẽ allatũ uerit ab illo iteꝝ nutriat. Ambrosius in educant.
hexamero. Retributio bñficioꝝ ἀντιπελαργία noiat πελαργός. n. ciconia dr̃. quã ꝑnestini. coneã uocupa
bãt auctor Plau. i trucu. i alio significatu ligua hispanica Ciconiã: ad simitudinẽ Ciconiæ alitis uocãt lignũ
illud oblõgũ: quo rustici utunt ad aquã e puteis urnula extrahẽdã. ¶ Pinsit. apud ueteres pinso pinsis: & pin Pinsis
sis in primo: & tertio ordine usurpat. Cassius pmẽsis: Materna tibi faris ex crudissimo aritiæ pistrino hãc pin
sit manibus colybo decoloratis nerulonẽsis mẽsularius. Calphur. dr̃ & cocto pinsare legumine panẽ: ptm̃ fa-
cit pinsui. Põpo. Cũ neq̧ molis molui: neq̧ palmis pinsui apud maiores nr̃os molaꝝ non erat usus. frumẽta
torrebant: & ea in pilas missa pinsabant. & hoc erat genus molẽdi: unde auctore Seruio pinsores dicti sunt:
qui nunc pistores uocant: quos antiqui habebant in numero seruoꝝ: unde ait iurisconsultus de legatis ter-
tio. Si quis seruos hebuerit proprios: sed quoꝝ operas locabat: uel pistoricas uel histrionicas: seruoꝝ ap-
pellatione etiã hoc legasse uidetur. Pistores aũt uocamus eos qui panẽ faciunt: quoꝝ collegiũ Romæ fuisse Pistores
lib. iii. digestoꝝ legimus. ἀρτοποιός. gr. e. dicitur pistor. Pistrinas feminino genere dixit. Pli. in duodeuige-
simo naturalis histo. qui etiam auctor est Pistores Romæ nõ fuisse ad persicum usq̧ bellũ: ipsi enim Roma-
ni faciebant panem: mulierumq̧ id opus erat pinsit autem hic expone irridet met. ¶ Manus mobilis quæ cũ
sit organum organorum (ut tradunt philosophi). propter quã Anaxagoras hoiem prudentissimũ oium esse Man⁹ or
aiebat: qm̃ unus manuatus est: ad plures imagines exprimẽdas accõmodata est. hoc aũt irrisionis genus fie- ganũ or-
bat hoc modo. pollices manuũ tẽporibus applicabãt: cæterisq̧ digitis crebo motis: & agitatis nõ sine risu: ganoꝝ
hoium cũ derisione asini auriculas imittabant. ¶ Albas. qa inuersæ albediñe repñsentant synedochicos: sicut
alba populus dr̃: q̃ folia alba ex una parte habet: ex alia uiridis est. ¶ Nec linguæ. linguã exertam educere: & Linguam
exporrigere apud antiquos signũ: & indicina erat irrisionis: qua ẽt nr̃o tpe pueri uti cõsueuerũt. Quadriga- exertare
rius in annalibus gallus irridere cœpit: atq̧ linguã exertare. Ordo est nec supple cui. s. Iano tãto linguæ exe irrisionis
rit: q̃tũ exerit canis apula sitiat. Sitiat. deest cũ. ¶ Canis apula. quæ pp calores imensos: & æstuantes: q ibi indicium
sunt: magis linguã exertat. Apuliã accolæ tractũ oẽm post calabros uocãt: ut scribir Strabo li. vi. In qua sũt Apulia
urbes Theanũ: Nuceria: Arpi: Canusiũ: Mõs garganus autor Prolomæus: laborat aquaꝝ penuria ꝓpter ca Locus
lores unde Ora. illã siticulosam appellat: q alibi de ea ẽt itelligẽs dixit. Et qua pauper aq̃ daunus o agrestiũ Oratii
regnator poloꝝ. de canibus Pli. M. Cato. M. Var. Columella: Vale. Arist. cæteri multa tradiderũt: de q̧bus
tale est ꝓuerbiũ. Canis in presepio: imolestos: ꝙ canis nec ordeũ comedit: nec equũ manducare sinit. Itẽ diffi
cillimũ esse canẽ lectũ sternere: qm̃ (ut inq̧t Fran. Petrar.) dormitũ cũ canis it: se circũquaq̧ rotat: ut ignores Canis in
ubinã loci puluinũ ponere debeas. In alio significatu Canis est uinculi ferrei genus apud Plau. In quo signi- præsepio
ficatu est illud catulianũ Q uod si nõ aliud potest ruborẽ ferreo canis exprimamus: In cuius loci interpræta Catullire
tiõe cõmẽtatores nescio q cecutiẽtes hallucinant: ut etiã Diomedes guidalotus Iuuenis apprime eruditus: & Diome-
ꝙ amicicia: familiaritateq̧ cõiunctissimo: In cõmẽtariis suis in eglogas Calphurni qui adhuc sub incude lit- des guida
teraria sunt: elegãtissime docet Catulire uerbũ est qđ significat libidinari: & cupidine ueneris gestire: & coi- lotus
tum sitiẽter apetere: Quo. M. Varro usus est lib. iii. & laberius in lacuberna: hoc dixi: ut errorem Theodori Error the
gazæ manifestariũ deprehẽdas: q in Aristo. Interpretatione: cũ catulire debuisset: canire interpretatus est. odori ga-
CO Iane a tergo quẽ nulla: ciconia pinsit: omnes senatores: ac per hoc solus ianus est sapiens qui duas ha- ze.
bet facies nec poterit derideri: nec eius a tergo sanna fieri. Ciconiã dixit: quia manus solent formare deriso CORN.
res. ¶ Pinsit dixit: ibi assidue percussit dictũ: a pistoribus pilo. n. apud ueteres frumenta tondebant. Vnde &
pistores dicti sunt: quasi pinsores: uel a pindendo pindo. i. ferio: unde & pistilum dicimus quo ferimus in mor Pistor.
tario unitate collatis digitis ait ad inferiorẽ partẽ inclinatis similitudine ciconini rostri: qui putant quẽ post
tergũ motitantes derident quos uolunt: ideo sanna ianus a tergo si fiat potest intelligere quẽ ciconia pinsit
manus: uel de quo nemo per absentiam detur habere potest. ¶ Nec manus auriculas imitata est mob. albas:
manus mobilis. i. facilis dicta. ¶ Auriculas albas. i. asininas. Nam sicut stulti ridentur apposito temporibus
pollice imitantes auriculas asini: aut linguã sitientis canis. ¶ Tante. i. tm̃ prolate. ¶ Auriculas. i. stolidas eẽ.
hoc ꝓuerbio significat: ex q̃ fabula ꝓuidit uidere stolidi ai asininas habuisse aures q̃ uas albas dixit p synec-
dochen: est. n. iterior auriũ ps alba: ut pplm albã dicimus ꝙ utiq̧ folia ei⁹ unã pte sint alba alia pte uiridis.
CO Iane a tergo nimia indignatione exclamat poeta appellans Ianũ fœlice: cui a tergo ea non fiunt quæ
alius fieri solent. Nam Ianum bifrontẽ fuisse fabulata est antiquitas quasi superũ & inferũ ianitorem. Vt Ma IO. BRI.
crobius scribit ex sententia Bassi: eundẽ quadriformẽ quasi cõplexũ quattuor mundi climata. ¶ Nulla cico-
nia: modus est irrisionis idest digiti in unũ collectim modũ rostri ciconiæ. Occidisse ciconiam in thessalia ca Ciconia
pitale fuit: quod eæ serpentes nocent. Quo loco ueniant: quoue habeant in certũ est. ¶ Pinsit: irridet sum-
ptum a pistoribus qui ante usum molaꝝ frumenta in pilã coniecta pinsebant. i. tondebant: unde pistores & Pinso
pistrinũ & pistillus: Diomedes tamen grãmaticus pinsat legit a prima coniugatione. ¶ Auriculas albas. i. asi Pistores
ninas quæ interiori parte albicant. ¶ Imitata: qui temporibus apponitur mouetur q̧ instar auris asininæ. Pistrinũ
¶ Nec linguæ: subaudi cui sit ordo. ¶ O Iane: cui. ¶ Nec tantum linguæ: deest exerit in derisione. ¶ Quantũ. Pistillus
scilicet exerit. ¶ Sitiat: deest cum: ut sit cum sitiat. ¶ Canis apula: apulia a stuosa est: nam ut Varro scribit ut
lati campi: ibi magis æstus: & eo in apulia loca calidiora & grauiora: & ubi montana: ut in Vesuuio ibi leuio Apulia si
ra: & ideo salubriora. Horatius. Nec tantus unq̃ syderum insedit uapor siticulosæ apuliæ. ticulosa

BART. FON. ¶O Iane a tergo: Eiuſmodi popularis auræ cupidos a tergo poſtea irrideri ſignificat: Ianum aīt ꝓpterea inuocat: quod cū bifrons pingaī a tergo nequeat irrideri. Nulla ciconia. Extremis digitis in roſtri formā collectis acerba manus & brachii motatione ciconiæ collum & caput exprimitur in eius infamiā: quē ridemus. ¶ Pinſit: pinſo uerbum antiquum eſt. Nam ante maloꝝ uſus frumenta in pilis pinſebant. Vnde & pinſores dicti ſunt: qui poſtea piſtores cognominati. ¶ Nec manus auriculas imitata ē mobilis albas. Applicatis expenſarum manum ad tempora policibus crebro palmarum motu: aſini aures non ſine riſu repreſentantur in eius ludibrium: quem a tergo irrideamus. Quod a Midæ auribus tractum eſt. ¶ Nec linguæ tantum. Lingua in aliquem exertare irriſionis eſt ſignum. Sitiat canis apula quantum. Canis per æſtum defatigata multum linguæ exertat: in apulia præſertim: ubi calores immenſi ſunt eam ſiticuloſam Hora. appellauit.

Vos o patricius ſanguis. quos uiuere fas eſt.
Occipiti cæco poſticæ occurite ſannæ.

IO. BAP. PLAV. ¶VOS o patricius. αποστροφε: ſermo cōuerſus ad illos: q meliores erāt: quoꝝ poemata debere fieri æuiterna credebāt: quo eos admonet: atq; hortaī: ut populariū plauſus: & aſſentationes abigāt: & pro nihilo reputent: ne talibus irriſionibus dirideanī. Quod totū inuidioſe dictū eſt accipiendū qm̄ tūc tēporis difficillimū fuiſſet unū etiā ſordidū: atq; abiectū poetā inuenire: qui ſcribēdi uerſus ſtudio nō eſſet addictus: atq; mancipatus: ut inde gloriā & laudes aſſequereī. Hinc Ora. Mutauit mentē populus: & calet uno ſcribendi ſtudio: Idem lib. ii. epiſto. ad Auguſtū. Scribimus indocti: doctiq; poemata paſſim. Mart. Auditur toto ſæpe poeta die. ¶ Patritius. uocatiuū ſecundū antiquos protulit: apud quos is erat ſimilis nominatiuo: ſic Verg. Proice tela manu ſanguis meus. Orat. in arte uos o Pompilius ſanguis carmen reprahendite. Verg. lib. ii. Enei. Adſis lætitiæ bacchus dator. Idem Socer arma latinus habeto. Lucanus Degener o populus. Romu. aīt (ut ſcias qd ſit patritius) centū ſenatores ad reip. curā elegit: ſiue qa is nūs ſatis erat: ſiue qa ſoli centū erāt: qui ad id idonei eſſent: q patres dicti ſunt: patritiiq; progenies eoꝝ appellati: ſcribit Liuius in. x. patricios dictos: qui patrem ciere auumq; poſſent. i. nihil ultra q̄ ingennos: qui plebeis opponunī. Sed illud. Imprimis annotandū eſt: qm̄ uiꝝ quendā. Iuriſperitū ſecus ſentire uideo. non omnes ſenatores fuiſſe patricios: quod Suet. teſtatur in Auguſto his uerbis. ea gens a Tarquinio priſco rege: Inter Romanas gentes allecta in ſenatum: Mox a ſeruio tullo in patricias traīducta procedente tēpore ad plebē ſe contulit. Cornelius Tacitus hiſdē diebus in numeꝝ patricioꝝ aſciuit Cæſar uetuſtiſſimū quemq; ex ſenatu: aut quibus clari parētes fuerant. Sed qd hyſtoricos teſtes adduco nōne hoc apertiſſime docet imperator in primo inſti. dum dicit ſenatorem nō liberari a patria poteſtate: patriciū uero penitus ſolui ex quo apparet patricios eē ſenatoribus digniores: & nō eoſdē eſſe ſed diuerſos: ut ille cecutiens dum aliū reprēhēdit: aſciam ſuis ſibi cruribus impegit. ¶ Viuere. carminibus: qbus nō tm̄ poetæ ipſi: ſed in his celebrati in mortalitatē aſſequunī. ¶ Sannæ poſticæ ideſt deriſioni: quæ a tergo prioꝝ dentium denudatione cōtrahēdo labra fieri conſueuit. ſanna enim os diſtortum eſt (ut inquit probus) cū uultu: quod cū aliquē rideri uolumus: fieri conſueuit: a nariū ſonitu: a quo ſaniones q ſunt & aſpectu: & motibus: & geſtibus fatui: quos græci μωρους: & ab eo nos motiones uocamus unde μωροτισ græcis per delirium eſt: & inſania: quotienſcūq; ſomnifico grauamine: ſomnulētaq; oppreſſuta: & pene letifica aio reſipiſcētia nō datur ad mentē: quę nō modo memoriā: ut lethargus: ſed uſum quoq; rōnis intercipit. De Morione Epigrāmat. Nō mendax ſtupor eſt. nec fingitur arte doloſa Quis qs plus iuſto non ſapit: ille ſapit. Teren. Solus ſamnio ſeruat domū. Cicero. Quid. n. porro tam ridiculū q̄ ſamnio eſt: qui ore: uultu: imitandis motibus: uoce deniq; corpore rideī ipſo. ¶ Poſticæ a tergo: & poſt factæ: adiectiuū hoc in loco: alibi poſtica nomen eſt augurale (ut ſcribit Seruius) ponitur tñ Apuleio pro poſteriore parte domus: hoſtioq; poſtico: qd eleganti uocabulo ab Oroſio: Cicerone: Amiano Marcellino: cæteris uſitato pſeudotyrum nūcupaī quaſi falſum hoſtium. ¶ Occipiti cæco: ideſt parte poſteriore capitis: qua oculos nō habemus: unde cæco. Sueto. in Tyberio colore erat candido capillo pone occipitiū ſummiſſiore: ut ceruicem etiā obtegeret. Occiput inquit Albertus Magnus eſt pars anterior: ſinciput uero poſterior: Cui eruditoꝝ omnium ſchola reclamat. ¶ Quis populi ſermo. poeta glorioſus: & laudis cupidus: cui populi aſſentationes mirum imodum placebāt: utpote uentoſus: & auræ popularis aucupator: quærit: ſcrupuloſe: & anxie inueſtigat, quid de ſe populus loquatur: cuius iudicio nō ſtandū non tantum in Tuſcul. ſed etiam in ſomno Scipionis præcipit. M. Tullius.

Vocatiuꝰ apud antiquos ſimilis ntō — Patricii — Error cuiuſdam Iuriſperiti. — Sanna — Moriōes — Morotis — Poſtica — Pſeudotyrum. — Occiput — Error Alberti magni.

CORN. ¶VOS o patritius ſanguis opus uiuere fas eſt. Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannę: uos igiī nobili loco nati q uidere qd retro fiat nō curatis date operā ut nō derideamur: quos uiuere fas eſt. Occipiti cæco. i. quos eſt fas oculis occipitum poſterior pars capitis ſinciput pars anterior: ac ſi diceret: q non ſentitis a tergo uos irrideri. ¶ Poſticæ occurrite ſannæ. i. poſteriori irriſioni qui nō eſtis iani nec poteſtis a tergo irriſus uidere: nolite uos deridendos præbere. Poſticæ. ideſt poſt factæ: antiqui ita fores temploꝝ uel edium dixere poſticas & anticas poſticæ quoq; ſannæ quæ fit a poſteriori parte. Sāna autem dicitur os diſtortum cum uultu: quod facimus cum alios irridemus: unde ſanniones dicti ſunt ꝙ non rectum uultum habent.

Sanniōes

IO. BRI. ¶VOS o patritius ſanguis. inuidioſe hoc dicit: nam oēs fere carminum ſtudio tenebantur: ut inde laudem merentur: unde illud exit Horatianū. Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Idem alibi. Mutauit mentē populus leuis: & calet uno ſcribēdi ſtudio. Iuuenalis. Expectes eodē a ſummo minimoq; poeta. ¶ Vos o patritius ſanguis: apoſtrophe eſt. Hæc enim ſchemata & his ſīlia cōuertūt in ſe auditorē: nec languere patiunī. ¶ Occipiti cæco. i. irriſioni quæ a tergo fieri ſolet. ¶ Sannæ: irriſio quæ fit diſtorto uultu: unde ſubſannare.

Sanna — Subſannare

BART. FON. ¶VOS o patritius ſanguis: Meliores hortatur & quorum ſcripta diuturniora futura ſint: nec plauſu & adulationibus capiantur quo talis irriſiones effugiant. ¶ Occipiti cæco: Occiput & occipitium poſterior capitis eſt pars. Quam iure cæcam cum oculis careat: appellauit. ¶ Poſticæ occurrite ſannæ: Euitate irriſionem quæ ab occipitio diſtorto ore & labris contractis fit anteriorum dentium oſtentatione. Quo uocabulo & Iuuenalis eſt uſus: I nunc & dubita qua ſorbeat æra ſanna Tullia: Hinc ſanniones, ridiculi homines: in dictiſq; uacuis fatui appellantur. Cicero ad papirium petum ſalis enim ſatis eſt: ſannionum parum Sannatores quoq; eos: qui benigne irrident: nuncupamus. Deſannare etiam per faſtidium deridere ſignificat. ¶ Poſticæ ſannæ. Poſtica dicuntur quæ poſt nos ſunt: ſicut antica quæ ante. Vnde poſticum hoſtium in poſteriore parte ædium ſitum dicitur. Hora. Poſtico falle clientem.

IO.BAP. PLAV.

Q VIS nisi carmina. Ironica assentatoris responsio: qui dicit populum de illo poeta nil aliud loqui: q̃ carmina eius esse tersa: Luculenta: & suaui rythmo composita: ut criticos: & seueriorum iudicium tetricamq; censuram non reformident, ut pote quibus & rectus ordo: & apta iunctura: & cum iis numerus opportune cadens contigerit: cum secus esset: ex quo assentatorum: quos philosophi teste Hieronymo blandos inimicos diffiniunt: cognosce peruersum: & uersipelle ingenium: qui sunt principibus gemoniae scalae: robur: symplegades: & acroceraunia: contra quos παλλαδᾶ poetae graeci nobile est epigramma. ραχαι λαμβδαμονον χορακασ χολακασ τεδιιστα ου χουντεαυτοχοραξ βωμολοχοσ τεχολασ του νεχαμοι βελτιοτε τοδεκον πεφυλαξω ει δυσ χαιζωντου τασ χολακασ χορακασ. Inquit graecus poeta coracas: & colacas tantum unico elemento. R. scilicet & L. distare: alioqui scurra colax est corax merum. Causa uerborum pladiorum: quae u usui pant mi optime & teliqua: sunt colaces coraces. Sed ut intelligas quid sibi hoc epigramma uelit colax dicitur adularor scura. Coraces uero fuerunt pręcipitia apud thessalllos talia: quales apud Romanos gemoniae.

In adulatores

Enarrat epigrāma graecum

Colax

Corax

Quis populi sermo ē? qs enim nisi carmina molli
Nunc demum numero fluere: ut per leue seueros
Effundat iunctura ungues? scit tendere uersum
Non secus: ac si oculo rubricam dirigat uno.
Siue opus in mores: in luxum: & prandia regum:
Dicere res grandes nostro dat musa poetae.

¶ Molli numero. suaui rythmo. Vergilius. Mollesque sub arbore somni. ¶ Fluere. abundanter: & affatim exire ab ingenio tuo sine aliqua difficultate: uel fluere dicendo respexit ad modulationem: sonoritatem: & optimam iuncturam uersuum: sumpta ab aqua met. ¶ Vt per laeue seueros. a marmorariis sumpta translatio: qui in lapidibus iuncturam fetuminatam: coniunctam & cohaerentem ungue solerti: & censoria explorare: quaerere: & probare consueuerunt: quam tunc perfectam: absolutam: & complanatam existimant: cum unguis super inductus nullo scrupulo: nulla offensiuncula: nullo moramento: obstaculoque: supereminenti materia detineatur: Calphurnius: impositos subita uertigine falleret ungues, unde rem factam ad unguem cum dicimus perfectam: & absolutam intelligimus. hinc Oratius ait ad unguem factus homo idest ex omni parte perfectus. Vergilius: iudex ipse sui totum se explorat ad unguem: idest ad perfectionem. ¶ Laeue. Planum leuigatum: expolitum hoc enim significat quando primam habet extensam. Vnde laeuor tersitudo. laeuigatio: laeuatus expolitus. Vergilius: laeuis ocreas dixit pro expolitas. Pueritiam laeuem appellauit Lucius: quae nullo barbicio: nullisque pilis hirsuta est. Martialis: Leuior o conchis galle cytheriacis. ¶ Effundat. effundi: & transmitti nullo asperitatis impedimento permittat. ¶ Iunctura. tuotum uersuum compositio: & conglutinatio. ¶ Seueros. censores: castigatores: uitiorumque: & inaequalitatis inuentores. ¶ Scit tendere uersum. idest tam bene: & graphice rotundum: teres: & uolubile carmen componit: ut nullus hyatus: nulla hiulca uerborum compositio in illo inueniatur. ¶ Tendere. componere: producere. ¶ Dirigat rubricam. more lignatiorum fabrorum: qui rubrica utuntur ad rectitudinem lignorum formandam. Rubrica autem pluribus in locis nascitur: sed optima paucis uti ponto: sinope: & Aegypto: in Hispania Balearibus auctor Victruuius in septimo. omnium optima (ut scribit Strabo libro duodecimo) est sinopica quae cum iberica decertat. Iccirco sic appellata q illam mercatores eo deferebant priusquam ephesiorum emporium tam celebre esset. Iheremias facit laquearia cedrina: pingitque sinopide: huius rubricae tres sunt species: rubra: & minus rubens: & inter has media. Haec est antiquis multum celebrata eo insula in qua nascitur: nec nisi signata uenundabatur: unde & sphragidem appellauere: auctor Plinius libro trigesimoquinto capitulo sexto naturalis historiae ubi plura: cuius codicem mendosum secundum nostram lectionem recognosces, nam ubi passim cum legebatur eo legendum est. ¶ Vno oculo. ut rectior linea efficiatur. uno enim oculo rectius cernimus q̃ duobus: quia plures motus duobus: q̃ uno excitantur. Et quia radii oculi utriusq; nō sine perturbatione in idem concidunt. Itaque cum uno inspicimus oculo ad rectum conspectum tanquam regulam melius quod rectum est deprehendere iudicareque habemus auctor Aristote. in problema. ex quo illud Iuuenalis: sic exponere consueui. Et statua: meditatur praelia lusca idest uno oculo clauso: quo ictus certior fieret, sic enim bellatorum statue erigebantur uno oculo clauso: ut homines imitarentur: qui ut rectius feriant oculum claudere superinducto cilio consueuerunt: alii dicunt clauso oculo uel propter uetustatem: uel Hannibalem: uel Sertorium intelligit: quae esse mera nugamenta quisquis recte sentiet: iudicabit. ¶ Siue opus. cum musis poeta noster tantum commertium: & tam intimam habet familiaritatem: ut siue satyricum dicendi genus: siue cothurnati stili caracterem excolere uoluerit: statim illi grandes hae uires in carmine praebeant: & roboris affatim suppeditent. ¶ Siue opus. subintellige sit scripturus: compositurus: uel aliquid simile. ¶ In mores. comoediam intellige: ut fauorem musarum in poetam maiorem esse demonstret: q̃ si in satyra sola: & tragoedia uires suppeditarent. ¶ In luxum. satyram signat: quae homines luxos: solutos: effeminatos: caeterisque malis moribus praeditos carpit. luxo dicitur soluo: a quo luxa: luxata ue membra dicuntur soluta: & suis locis mota: quae graeci stremmata dicunt: & luxati: quorum membra suis locis mota sunt. Plini. Alterae radix decocta luxatis prodest. Carmen idest incantatio etiam luxatis membris auxiliatur auctor Varro. ¶ Et prandia regum. idest tragoedram: In qua nil nisi facinus atrox. scelus truculentum: cedes: luctus principaliter continentur: dixit prandia: quia saepe parentes filiorum membra elixa apposita inconuiuio comederunt: sicut tereo: atreo: aliisque q̃ plurimis accidisse ignorat nemo. Hieronymus libro primo contra Iouinianum armantur parentum in liberos manus. nefandae apponuntur epulae. dicta tragoedia, a quodam illinimenti feculenti genere: quod graecorum quidam tryga appellant: permutatione litterarum in aduersum: quoniam olim nondum personis a Thespide repertis tales fabulas peruncti foecibus ora agitabant. Oratius: Ignotum tragicae genus inuenisse camoenae dicitur: & plaustris uexisse poemata thespis: Quae canerent: agerentque peruncti fecibus ora. haec differt a comoedia: q in tragoedia introducuntur duces. heroes: reges: in comoedia uero humiles: atque priuatae personae. In illa luctus: exilia: cędes. In hac amores: uirginum raptus

Locus Ora.

Leuis

Laeuor

Apulci locus

Rubrica

Emēdat? codex Plinianus

Vno oculo rectius cernitur

Locus Iuuena.

Luxata membra

Luxatisp dest incantatio

Tragoedia.

Item turbulento principio la tus exitus subsequitur: In tragœdia uero frequenter & pene semper la tis re-
Rex bus exitus tristes: & liberorum: fortunarumque priorum in pœnis agnitio: quis autem sit rex philosophica in-
terpretatione docet Ausonius hoc uersu. Qui recte faciet non qui dominatur erit rex.

CORN. ¶ QVIS populi sermo est: ad eius personam redit: quam superius fecerat dicentem uerum mihi dicere de
Parenthesis. me: deinde motus indignatione iam paruam parenthesim facit: nam cum textus: hic est uerum indicite: de
me populus loquitur an bonum me poetam dicant. ¶ Quis enim nisi carmina molli nunc demum numero
fluere. ut per læue seueros effundat iunctura ungues scit tendere uersum non secus ac si oculo rubricam di-
rigat uno. & responsio illius conuiuæ adulatoris. quid aliud nisi quod talia carmina facis quæ mollicie: & leno
re suo in offensam defluunt & ungues & se uerum iudicium non reformidant quod autem dixit. ¶ Vngues: tra-
ctum est a marmorariis qui quotiens uolunt tractatam marmoris iuncturam approbare ungue experiun-
tur si ulla inæqualitas ipsam læuitatem offendit & uersus ita deduci & dirigi oportere ut solent fabri rubri-
ca & linea opus dirigere quo certius uideant ad quorum similitudinem diligenter uersus a normate faciant
uersificatores tantum studentes. ¶ Ac oculo dirigat uno: tractum a fabris qui quotiens uolunt rectitudi-
Tragœdia nem lineæ reprobare: retortis in unam partem ambobus oculis lineam ex rubrica factam inspiciunt ob
hoc solum ne per oculorum diuisionem iudicii ueritas confundantur. ¶ Siue opus in more in luxum in pran
Comœdia dia regum idest in tragœdia & hoc dicit quicquid eis poetis opere imposueris non illos inuenies dissimiles
sui: si uolueris eum scribere comœdias hoc est mores nam comœdia mores hominum exprimit conuersa-
Satyra tionem quod in luxum dicit: si uolueris scribere satyram quæ inuectionem hominum continet: nam satyri hoc
Orestes habēt. ¶ In prandia regum: hoc est tragœdias orestis atrei & thiestæ & prognæ: nā tales tragœdiæ cœnasque
Thiestes facinorosasque continent descriptionē qualiter apposuerit thiestes ignoranti fratri membra filii comedenda.

IO. BRI. ¶ QVIS populi sermo: cum superioribus coniunguntur: ut sit. De me quis populi sermo: nam cætera: ut
dictum est a poeta interposita sunt. ¶ Quis enim laus assentatoris. Horatius. Scribet mala carmina uecors
Laudato. ¶ Quis enim subaudi est: ironia est assentatoris. ¶ Nisi carmina molli: nunc demum numero flue-
re: sic Horatius de ficto laudatore: Clamabit enim pulchre: bene: idem alibi. Derisor uero plus laudatore
mouetur. ¶ Fluere. sumptum ab aquis quæ molliter & sine strepitu fluunt. ¶ Molli numero: suaui rithmo. Vt
iunctura. compositio uerborum. ¶ Effundat: transmittat nulla intercurrente asperitate: translatio est sum-
pta a marmorariis qui iuncturam lapidum unguibus pertentant. unde ortum est illud dictum rem esse fa-
ctam ad unguem: cum uolumus significare rem esse perfectam. ¶ Per læue idest lauorem i & scribitur per æ
Ad unguē diphthongon. ¶ Vngues seueros: scrupulorum inuentores. ¶ Scit tendere uersum idest tam quidem recte
Rubrica uersum facit: ut ex omni parte quadret: & æqualis sit: sumptum a fabris lignariis qui rubrica lineas rectas in
Sinopis lignis dirigunt. ¶ Rubricam: tertia est rufa: quæ alio nomine synopis dicitur: primum inuenta auctore Plin.
in ponto: unde nomen a Sinope urbe nascitur: & in ægypto: balearibus: aphrica: sed optima in Lenno: & in
Capadocia effossa: & in speluncis: quæ saxis adhærent excellit. Ex reliquis rubricæ generibus fabris utilis-
sima ægyptia & aphricana: quoniam maxime sorbentur. ¶ Siue opus in mores: in luxum & prandia regum
dicere res grandes: quodcunque inquit uelit scribere noster poeta: siue satyricum carmen: siue tragœdiam: mu
sa res grandes ei suggerit. Ordo est: musa dat nostro poetæ dicere res grandes. ¶ Siue opus in mores subau
di scripturus sit aliquid tale. ¶ In mores & luxum. Alii autem distingunt: ut per mores comœdiam intelli-
Luxa gant: per luxum uero satyram accipiant. Alii uero coniuncta legunt: ut sit rei exaggeratio: idest satyram: quę
Luxuriosus & mores & luxum hominum persequitur: & hoc melius. ¶ Luxum: luxa membra e suis locis mota & solu-
ta dicuntur: a quo luxuriosus inde familiari solutus ut scribit Festus: luxuria est igitur omnis morum solu-
Luxuria tio. ¶ Prandia regum: idest tragœdiam: quę cœnæ regum exitiose scribuntur.

BART. FON. ¶ QVIS populi sermo est. Ventosi scriptoris interrogatio quid de se populus colloquatur. Quis enim re-
spondentis assentatio. Enim autem ornatus & metri causa posuit. Vergilius. Quam pius Aeneas tibi enim
tibi maxima Iuno Mactat. Molli nnmero fluere. Nunc tandem elaborata: perfectaque ad amussim carmi-
na est. ¶ Vt per læue seueros effundat iunctura ungues: translatio ab his est: qui unguibus lapidum cohæ-
rentem iuncturam probant. Marmorarii enim iuncturas marmorum tunc absolutas existimant: cum un-
guis superductus nihil ostendit. Hinc ad unguem facta esse dicimus: quæ absolutissima esse putari uo-
lumus. ¶ Per læue: leuigatum & planum. Læue enim cum prima syllaba per æ diphthongon effertur:
nitidum & perpolitum: sine piphthongo uero prima breui minime ponderosum significat. ¶ Oculo rubri-
cam dirigat uno. Lignarii: fabri. lapidumque sectores rubricata linea opus dirigunt: unoque oculo clau
so eius rectitudinem metiuntur: ne uago amborum oculorum discursu norma rectitudinis conturbentur.
Rubrica uero pluribus nascitur locis. rubraque est & minio proxima colore palma lemniæ dabatur. Fa-
bris uero utilissima ægyptia & Aphricana. ¶ In mores: in luxum: in prandia regum. Quidam mores pro
comœdia: luxum pro satyra: regum prandia pro tragœdia ponunt. In his sane uerbis cæsa oratione sine
copula interualis distinctis articulis exornatio est.

> Ecce modo heroas sensus afferre uidemus
> Nugari solitos græce. nec ponere lucos

IO. BAP. PLAV. ¶ ECCE modo heroas. Oratianum in arte poeti-
ca præceptum est. Summite materiam uestris qui
scribitis æquam uiribus: & uersate diu quid fer-
re recusent: quid ualeant humeri: cui suffragatur
Seneca his uerbis Quotiens aliquid conaberis te
simul: & ea: quæ paras quibusque parateris ipse metire scilicet nam (ut canit Propertius) Turpe est quod
nequeas capiti cōmittere pondus: Et pressum inflexo mox dare terga genus. Vnde indignatur: fremit: & ex-
candescit poeta: quod hoies tā isanos: tam laudis cupiditate delirātes uideat: qbus buccę sit ignota mēsure suę:
qui nullā cupiant cū sit sibi gobio tm̄ loculis: ut cū latina nesciant: græce ubique perstrepant: blaterēt: & ob
loquantur: cū sit turpe magis nostris nescire latine (ut inqt Iuue.) ex quo pcipit Mar. Tullius lib. primo de offi
ciis sermone uti nos debere: qui notus est: nec uerba græca esse inculcanda: ne iure optimo rideamur. Lucil
lium satyrarum primum scriptorem quidam ex hoc mirabantur: quod uerbis latinis græca miscuisset perin-
de ac sermo lingua concinnus utraque esset suauior: quos mordet: taxat Oratius. Sed præter hoc acce-
dit & aliud fermentum ad Persii indignationē: stomachum i & bilem excitandam quod scilicet cum nec ad mi-

nima quæq;:ut est lucum ponere:aut ruris cōmoda laudare:sint apti:res grandes:ad quas celebrandas homines ποιητικῷ πνεύματι multifscio opus est describere audacter fronte perfricata aggrediantur: qd' æquo aio ferre:& tolerare nequit Persius. Heroas sensus idest heroicos.i.facta:& gesta heroum a poetis istis minus tilis (& ut ita dicam) patellaribus describi intuemur.sic Vergil.hoc Ithacus uelit:pro ithacensis:ubi est principale pro deriuatiuo.Heros dr̄ ab eo qd est ἀρετὴ.i.uirtus:quæ maxima in illis fuit:hic Aristotelis uirtutē excellētissimā heroica uocat.Mithalus scriptor græcus ἥρωσ ἀνὴρ θεῖοσ ἐστὶ μιξόθεοσ γεννάιοσ λέγεται ... ἀρετῆσ ... αἰτίασ ... ἀνθρώπων ... γένοσ ἀιρεται.uel ab eo quod est ἀήρ:q; post mortē nubibus inuoluti a Ioue noībus præpositi dicuntur:uel ab ἔρα hoc est Iunone(ut auctor est Augustinus lib.x.de ciuitate dei)Martianus Capella libro.ii.de nuptiis Philo.& Mercurii:A medietate uero aeris usq; in montiū:terræq; cōfinia Hemithei:Heroesq; uersant: qui ex eo:q ἔραν terrā ueteres dixere.heroes nuncupati:ibiq; manes corpori humano præsules attributi: qui parentum seminibus manarunt.Trimegistus auctor est heroas habitare inter aeris purissimam partē supra nos. Nugari solitos græce.i.græcoꝝ uerba poemati suo ispergere:atq; inserere:ut cōcinniora:& meliora uideantur.Quid si nugari stilo græcoꝝ uti, quoꝝ hystoriæ mythistoriæ sunt exponemus: unde nugari in uidiose dixit:& cum indignatione:& contemptu:nam quamuis Mar.Tullius in oratione pro.L.Flacco tribuat græcis litteras:det multarum artium disciplinam:nam adimat sermonis leporem:ingenii acumen: dicendi copiam cui suffragatur Eusebius in.viii.præpara.euangelicæ his uerbis. Græcia sola homines generat uere celestes:atq; diuinos:natura ad omnem scientiam natos:cuius rei causa est subtilitas aeris: Tamen leues:infidi:uanidici:Mendaces sunt:adeo ut nulla fere historia apud græcos repetiatur: quoꝝ carminibus(ut Manlius ait)nihil est nisi fabula cœlum:hinc Mar.Tullius in oratione.pro Milone grecos nugas appellat:Et Iuuena.græciam dixit mendacem:& Plinius portentosa græcie mendacia.Apud Valerium etiā capite de amicitia taxantur ut mendaces græci:quibus suffragatur Lactantius Firmianus in primo: Ausonius:Et Plautus in asinar.dum dicit'Aquam:solem:lunam:noctem hæc argento non emo:Cætera:que uolumus uti:græca mercamur fide:ubi expone nulla.uerba Lactantius hæc sunt.Sicut faciunt:qui apud reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur:quod malum a græcis ortum est:quoꝝ leuitas instructa dicendi facultate:& copia:incredibile est:quantas mendatiorum nebulas excitauerit. Heros

Vbi habitant heros.

Græcia generat celestes uiros

Mēdaces græci

Græca fides quid apd Plau.

CORN.

ℭECCE modo heroas sensus afferre uidemus nugari:solitos græce:adhuc de malis poetis loquitur & dicit: uidemus eos qui hoc tantum sciunt græcas nugas componere uerbis: uel uellem tantum fortes & nobiles sensus carminibus pingere:tempore neq; uilia aut agrestia carmina apti sunt explicare. Nec ponere lucum artifices:idest doctos idoneos. Ponere:dicit scribere: ut Horatius. Scriptor honoratus si forte reponis: uel ut luucnalis.Semper ego auditor tantum:nunquam ne reponam:& hoc dicit: nec scribere artifices nemora.ita ut uarietas arborum enumeretur decenter:ut non tantum scripsisse quantum ipsum lucrum uidisse uideatur. Ecce inquit sensus:nobis heroum facta suggerunt: non ut solemus græcorum motibus pulsantes nugis plena scribere:faturum autem dicit rebus omnibus abundantem.

Satur

IO.BRI.

ℭECCE modo heroas:sensus afferre uidemus: indignatio est in quosdam græculos idest in eum qui paulum aliquid ultra primas litteras græcas progressi ubiq; græce perstrepunt: cum latinarum litterarum cognitionem perfectam non habeant.Quod turpe ostendit etiam Iuuenalis.Omnia græce: cum sit turpe magis nostros nescire latine.Hinc ergo fremit poeta nullo modo ferens ab his poemata heroica scribi. cū nec ad minima quæq; describenda sint apti.Ex quo innuit Persius poetas oportere omni studioꝝ genere prædi tos esse. Ecce: particula est incipiētis & rē nouā demōstrantis. Solitos nugari græce.i.nec adhuc tn̄ perfectos græcos. Sensus heroas.i.heroicos principale pro deriuatiuo:ut Vergilius.Hoc Ithacus uelit pro ithacensis:Nec artifices:doctos. Ponere:scribere:ut alibi.Fabula seu mœsto ponatur hianda tragœdo. Lucum:quasi tem humilē & minimā. Lucum:aut enim generaliter loquitur:aut lucum dicit Marti consecratum:in quo peperit Iliam Romulū & Remum.Sequitur enim unde Remus:nam de eo multi scripserat. Iuuena.Nota magis nulli domus est sua q̄ mihi lucus Martis.Sed generaliter locutum esse magis placet.

BART. FON.

ℭECCE modo heroas sensus:Ecce demōstrandi aduerbium est.Atq; ut Asconius Pedianus in Verrem scribit:In rebus improuisis Ciceronis proprium est quod non sine diligenti cura Vergilius quotiens opus fuit sibi desumpsit:& hoc quoque in loco summa cum arte Persius posuit.Ineptos enim atque ineruditos poetas non expecto:ac quasi de improuiso reprehendit. Qui cum lucum describere:aut ruris commoda laudare: quæ quidem parua sunt:nesciant:maxima tamen aggredi non erubescant. Nugari solitos græce:uel græcoꝝ more nugas inserere:uel græce describere:qd Horatius quoq; i sermo capit a Quirino se monitū dicēs ne græcoꝝ cateruas iplere uelit. Nec ponere lucū artifices:nec qui artificiose aliquē describere lucū sciāt: ponere enim scribere est. Lucus uero a contrario nomen traxit:quia opaca adumbratio parum luceat.

IO.BAP. PLAV.

Artifices:nec rus saturum laudare.ubi corbes
Et focus & porci.& fumosa parilia fœno.

¶ VERVM nec nocte paratum plorabit: uere: & ex corde: ex animoq dolebit: & se sine talibus dicendi figuris iuebitur qui me uolet ad sui misericordiam commouere. ¶ Sed numeris decor est. & iunctura addita crudis. Cum Persius eiusmodi sermonis lasciuiam & mollitiem repræhendisset: respondet aduersarius decorem: quo ueteres carebant: tali scribendi stilo quæsitum esse. ¶ Claudere sic didicit uersum berecynthius atys: Auctoritatem poetarum sui sæculi affert: qui sic uersus componere consueuerunt: ut ostendat non repræhensionem: sed laudem illos mereri: qui cum lepore ac Venere scribunt. Athyn uero quidam proprium nomen poetæ dicunt: de quo Mar. ad classicum. Nec dicta mihi luculentus atys. Nonnulli confictum nomen pro euitato ac molli poetæ ponunt: eiusmodi Phrygius atys a Cybelle dilectus fuisse dicitur. ¶ Peritiores: quidam non proprium aut effictum poetæ nomen: sed fabulam ipsam de Athy conscriptam intelligunt. Cæterum berecynthus mons & urbis in phrygia. Quo in loco mater deorum Cybelle: quæ Athyn dilexerat colebatur. Vnde & ipse quoq Athys Berecynthius nominatur.

Et qui cœruleum dirimebat Nerea delphin:
Si costam longo subduximus Apœnino
Arma uirum: nōne hoc spumosū: & rortice pigui:
Vt ramale uetus uegrandi subere coctum?

IO. BAP. PLAV. Cœrule?

¶ Cœruleum nerea. mare coloris cœrulei. est autem ceruleus color uiridis: & subniger: qualis in mari conspicitur: quem uenetum scriptores idonei appellant: Plau. talassicum: quasi dicas maritimum. græ. enim ταλασσαν mare uocant: unde Ambrosio mensor maris Thalassometra uocitatur. Gellius quoq in secundo refert cœruleum colorem esse uiridem: qui græco uocabulo a latinis usitato dicit glaucus: sentitq cesium esse eundem: cum ait. nostris latinis ueteribus cesia dicta est: quæ a græcis glaucopis dicitur (ut Nigidius ait) de colore celi quasi celia. Cesium leonem ex hoc omnes accipiunt dici a Catullo quasi oculos glaucos habentem: at ego quoniā lego apre Pli. grauem odorem: nec minus halitum leones habere: quod testat & Mart. facile adducor: ut non cesium: sed cessium legere non dubitem pro olido: & ferenti αποτου χαισσειν. quod egerere significat unde cessale: quod priuatam latrinā appellauit Colu. his uerbis. In secundo. Vbi greges inquit quadrupedum uersant: quædam quotidie ut culmina & cessale Carmen Catullianum est hoc cessio ueniam obuius leoni. γλαυκωπις αθηνη. dicitur Minerua ab Homero quasi oculos habens glaucos. de qua in carmine obsceno. Minerua flauo lumine. ¶ Dirimebat idest separabat: diuidebat. Iuuena. Bellum dirimente sabina. ¶ Delphin. dicitur & delphinus. Plin. qui multa cum Gellio & Aristo. de delphinis scriptitauit. sub sidere delphini nati erunt petaminarii: & petauristarii (ut scribit Fir. maternus in ultimo) sunt autem petaminarii (ut hoc intelligas) qui agilitate corporis. quasi uolare uidentur. απετομαι quod uolo significat. Petauristæ uero quos & petauristarios uocant: a ueteribus dicebantur: qui uel saltibus: uel scenis leuioribus mouerentur. ¶ Sic costam. præter inflatum: & nimis turgidum dicendi caracterem aliud uitium in carminibus poetarum suæ tempestatis reprahendit: qui mira quadam affectione: & studio incredibili spondeū in qnta sede carminis heroici collocabant: ut est illud Vergil. Cornua uellatarum obuertimus antennarum. Lucanus altus cæsorum pauit cruor armētorum. Quod si nimis fit indecorum: & inuenustum iudicat. est autem hoc carmen cuiusdam poetæ spondeos in penultima sede exametri uersus: quem inuenit phemonoe (ut scri. Pausa.) libēter: & cū affectatione collocatis: in quo notat hannibalis historia: q (ut scribunt Liui. & Plu.) montē apœninū facto incendio: infusoq isup aceto dirupit: unde Iuue. Diruptit scopulos: & montē rupit aceto: quod prodigii loco habitū est (ut refert Pli.) & sunt verba hannibalis ad milites (vt arbitror) quæ metaphoricos sic possunt iterpretari: ut costam pro syllaba: apœninum autē pro heroico uersu positū esse a Persio intelligamus. ¶ Sic, ut pro hoc carmen est manifestū. ¶ Subduxi-

Glaucus. Glaucopis. Loc' apd Catullū Cessale.

Delphin. Petaminarii. Petauristæ.

mus subtraximus.Verg.Subducite naues.Ouid.Subducunt oneri colla perusta boues.Mart. Clinicus hero
Locus dem trullam subduxerat ægro.Alias significat supponere:in quo significatu est illud Iuue.Et nos ergo manũ
Iuuena. ferulæ subduximus:q̃uis nõ desint:q aliter exponant:sed nostrã sequi differentie sniam admonentur Macro
bii:& Hiero.scriptorũ classicorũ uerbis:quorũ alter in monachũ detractorẽ sic inqt.Possum respondere:pos-
sum genuinum dentẽ lesus infigere:& nos didicimus litteras:& nos sæpe manũ ferulæ subduximus : de nobis
quoq; dici potest fœnum habet incornu longe fuge.Macrobius uero sic.libro tertio.Exclamauit Euãgelus
diu se succubuisse patientiæ:nec ultra dissimulandum quin in medium deregat in scientiæ Vergilianæ uulne
ra:& nos inquit manum ferulæ aliquando subduximus:& nos cepimus pontifici iuris auditum . ¶ Costam.i.
syllabam.¶ Longo a pœnino.i.carmini heroico.quod græci ἔπος appellant: diffiniuntq; esse περιοχὴν
θειων τε και ηρωικων και ανθρωπινων πραγματων.i.cõtinentiã diuinarũ:heroicarũ:humanarumq; rerũ. est
autẽ Apœninus:qui alpibus illis inchoans:q citeriorẽ galliã ab ulterioribus separant:septẽtrionẽ uersus in
siculũ usq; portendit fretũ:Italiã per mediũ secans:quod scri.Diony.de quo dixit Luc.Mons inter geminas
Apœnin⁹ medius se porrigit undas inferni:superiq; maris.Sillius.Alpibus æquatum attollens caput apœninus.¶ Ar
ma uirum.uerba excusantis crudi poetæ uersus in hunc sensum:O Persi:qui tam acerbe:& satyrice poetam
meum tanquam uersus duros:nimium sonantes:turgidos:& affectatos cõponentẽ repræhendis : nõne opus
Vergilianũ inflatũ:& turgidum etiã esse iudicas:quasi dicat si Verg.nõ arguis:cur poetã meum castigare de-
beas non inuenio.¶ Hoc.Verg.carmẽ.¶ Cortice pingui.tumido:inflato:superbo:crasso:& nimium sonanti.
¶ Vt ramale:cõparatio suberis ad carmen Vergilianum:¶ Ramale uetus.i.truncus uetustus:durus qui diffi-
Coctum culter inclinatur:& retorquet̃ a ramo:quo utit̃ & capella in lib.de grãmatica.¶ Coctũ multi temporis.Verg.
in.xi.Et robore cocto:ubi Ser.interpres nõ minimi faciendus allegans hoc Persianum inquit: ꝙ multi tem-
poris aliquid coctum uocamus.Ora.Plerunq; recoctus scriba ex quinq; uiro coruũ deludet hiantem.¶ Præ
grandi subere.cortice hoc in loco.Verg.huic natam libro:& siluestri subere clausam.de subere sic Pli.in.xvi.
Suber cap.lxxvii.Suber minima arbor:glans pessima:rara cortex tñ infructu præcrassus:ac renascẽs:atq; in de-
nos pedes undiq; explanatus.Vsus eius anchoralibus maxime nauium:piscantiũq; tragulis: & cadorũ obtu-
ramentis.Præterea in hyberno fœminarũ calceatu. Quãobrẽ nõ infacete græci cortices arborũ appellant.
hæc ille & plura.præterea Porphy.In illius corat. interpretatiõe Vepallida lecto desiliat mulier:sic scribit.
Vegrãdis Quidã putarunt uepallidũ nunc unam partem orationis esse ut uegrãdi subere coctum ait Persius Flaccus:
qbus auctoritatibus si pro prægrandi ut habẽt codices ois uegrandi scripsero:qui repugnet:& refraget̃ erit
nemo.uegrandis autẽ significat minime grandem:Paruum. Ve.n.particula in aliis auget uocabulis , in aliis
minuit:hinc uehemens:& uegrande dicimus uesanos:& uecordes auctor Gel.in.v.Seruius etiam lib. quarto
Male ænei.inquit super illo Malesana sororem.Male.n.plerumq; nõ:plerũq; minus significat:sicut ue: ut uecors:
Loc⁹ Au & uesanus.uegrandi ergo.i.parua: Varro lib.ii.de re rustica.Quod quæ postea concipiunt: fiunt uegrandes:
soni atq; imbecillæ.Ausonius burdegalla.Hic sæpe falsos messibus uegrandibus.
CORN. ¶ ET qui cæruleũ dirimebat nerea delphin.i.sperabat Arionem dicit citharedũ:qui a piratis captus quum
Arion ab his ĩpetraret ut caneret:delphines uenerunt:ille se in more proiciãs ab his exceptus perductus est ad lit
Cithare- tus.¶ Sic costã longo subduximus apœnino.costã.i.syllabã:& hoc dicit si robur leuit atis curauimus linguæ
dus intermiscẽdo græcas glosulas ac ẽt cõsuetudine & spõdaicos uersus cãtauimus facere:& de lõgitudine metri
heroici syllabã ita cõtraximus:tanq̃ de lõgitudine apœnini mõtis partẽ aliquã demeremus: si costã lõgo uer
su.i.heroico q ꝓlixior est.ergo si huic uersui costam.i.syllabã surripimus & facimus meliorẽ spondaizantem:
ut est apœnino una syllaba sublata.Costam dicit & mollem uersum factũ ex eo ꝙ dicant̃ & fœminæ una co-
sta minus nasci.Omnia epicureorũ fere ita carmina cõposita sunt:ut ꝓximus pes ab ultimo dactylus sit: exce
Corneli⁹ ptis admodũ paucis quos spõdaizãtes appellant ut apud Cornelium Seuerum Pinea frondosi murmureat
Seuerus apœnini:nihil ex dactylo qui ex tribus syllabis constat:transit in spõdeum detracta syllaba pro qua costam
dixit:sed ibi placuit ut exempli loco daretur longum apœninum:nõ ꝙ a supero mari ad inferũ extendit̃: sed
ꝙ duobus spondeis terminat̃.Hoc genus uersus si qñ euenit præstat decorẽ : si affectet̃ & mouet risum : sunt
tamen qui affectent.¶ Longo apœnino:in longis syllabis extenso.¶ Arma uirũ:nõne hoc spumosum & cor-
tice pingui.¶ Vt ramale uetus prægrandi subere coctum:Quærit & his qui carmina uergiliana repræhen-
Vergilius dunt:nõne inqt in hoc est laudandus Verg.ꝙ inchoauerit arma.usq; quid habeat in se iucunditatis . Vellem
uidere dicit carmina horrida Vergilii & horridos uersus nihil lætitiæ habentes.Placere aũt ea quæ ipsi ui-
ciosissime stabunt græcis decora noĩbus:atq; illa molli & flexa ceruice debeant legi:uelut uersus qui sequẽ
nõ ita aspera est:ut spumam remitteret.Ergo ita puto durum esse hoc initium : ut cortex arboris uetustissi-
mus habetur: suber autem dicitur cortex arboris.Vergilius.Huic natam libro & siluestri subere clausam.
IO.BRI. ¶ ET qui cæruleum dirimebat nerea delphin : aliud est carmen meo iudicio Neronis:quod uel ipse scripsit
uel repertum suis connexuit:quod irridet:ut nimis altũ & inflatũ:historiã uidet̃ tangere Arionis:qui ut scri.
Hero.nobilis cantor fidibus fuit loco & oppido Mitilenens:is cum in Siciliã atq; Italiã uenisset:auresq; om
nium mentesq; demulsisset in quæstibus & uoluptatibus amoribusq; hoium fuit:grandiq; pecunia cõparata
domũ redeunti a nautis cædes parata est.Quod cũ cognosceret traditis oibus bonis imperrat : ut sibi liceat
sua oia indumenta & fides capere & canere carmen casus illius cõsonabile:atq; ibi mox de more comptus &
ornatus:stansq; in summa puppi carmen quod orithium dicit̃ uoce subaltissima cantauit:iecitq; sese ꝓcul in
ꝓfundum:sed a delphino dorso sup fluctus edito incolumis Tenarum in terram laconicam deuectus est: de
hoc plura apud Hero.& Gellium.Sic costã longo subduximus apœnino:aliud uitium in carmine neroniano
repræhendit.ostẽdit.n.indecorũ esse in qnto pede heroici carminis frequenter & affectare spondeum poni:
ut est illud Vergilianum.Cornua uelatarũ obuertimus antẽnarũ.Luca.Altus e.ꝯ forũ pauit cruor armentorũ.
Nam Nero id in troicis suis affectauit:in cuius inuidiã hanc fere totam satyrã scribit.¶ Sic.i.ut per hoc car-
Apœnin⁹ men paret.¶ Subduximus:subtraximus.¶ Costam.i.syllabam:Longo apœnino.i.carmini examerro : quod
longũ dicit ad similitudinẽ apœnini mõtis:qui ab alpibus incipiens p mediã Italiam excurrit: quam in duas
ptes separans a dextris inferũ mare relinquit:a sinistris autem superũ:in siculumq; usq; fretum progreditur.
Arma uirum:non hic carpit Virgilium:ut quorundam est opinio:sed uersa sunt excusantis uersus crudi poe
tæ.¶ Nonne hoc spumosum.q.d.si hoc uitio non das: neq; id superius dandum . ¶ Cortice pingui : Crassum

superbum & tumidũ.¶ Vt ramale uetus:uetus truncus q non facile flectit̃.nam tale carmen ut nimis durum irridet̃:ut illud Antimachi apud Hora.Fortunã Priami cantabo : & nobile regnũ . Sequit̃.n.Quid nam igit̃ teneṙ & laxa ceruice legendũ,Ex quo apparet superiora carmina eã reprehensa:qa dura:& nimis sonantia essent:ut erunt & sequentia.Torua mimalloneis implerũt cornua bõbis.¶ Coctũ:scribit Seruius multi tem poris aliqd recoctũ uocari:ut Verg.Solidũ nobis & robore cocto.Vnde Hora.Hois longo reṙ usu tẽporis exercitatos recoctos appellauit.Plerũq recoctus Scriba ex qnq uiro coruũ deludet hiantẽ.¶ Prægrandi.i. ualde grãdi.Porphyrio tñ exponẽs illud Horatii in secũda satyra.Ve pallada lecto Desiliet mulier affirmat hoc loco legendũ eẽ uegrãdi.Quod legit̃ apud Var.de re rusti.Quodq postea cõcipiunt̃ fiunt uegrãdes atq imbecilliæ.¶ Subere:hoc loco cortice.Verg.in Geor.Hinc natam libro & siluestri subere clausam .Suber ꝓprie ut scribit.Pli.numina arbor.Glans pessima rata:cortex tm̃ fructu præcrassus ac renacens : atq etiã in denos pedes explanatus:usus eius anchoralibus maxime nauiũ piscantiũq tragulis:& cadoṙ obturamẽtis. Præterea ui hiberno fœminaṙ calciatu.Quidnam igitur teneṙ & laxa ceruice legendum est . Veluti offen-sus monitor:quod poeta talia irrideat carmina: ut nimis tonãti & plena:ita eum interrogat:ut ostendat ta-lia carmina esse repræhendenda:quando ab oibus poetis talia fiant.Ad quod Persius ridens subiungit quat-tuor carmina sequentia Neronis:quasi ostendens illa nõ esse nimis sonantia & plena:sicq Neronem irridet.

Recoctũ

Suber

BART. FON.

¶DELphin:delphini fabulã pelago illudẽtis:ac uel trionem metinneum:uel quẽpiã aliud deuehẽtis ab ali-qno eius ætatis poeta descriptã reor.Nereũ uero pro Mari posuit:cũ deus marinus sit occeani & Thethios filius.¶ Sic costã longo subduximus apœnino:longũ apœninũ aliqui ꝑ exametro uersu legunt:cui costa sub ducit̃:cũ spõdeus pro dactilo qnta in sede ponit̃:uersumq antiquioris poetæ esse uolunt. Quidã uero apœ-ninum montẽ pro multitudine ueteṙ poetaṙ:& costa pro eoṙ ruditate duritieq accipit̃:ut respõdentis de-pulsio talis sit.Hunc nostṙ scribẽdi morẽ o Persi nõ iure arguis qđ nimis apparatus & mollis sit . Eiusmodi enim stilo ruditatẽ oẽm tanq̃ siluosam quandã costam apœnino longo.i.multo carmini abstulimus:decorẽq ac uenustatẽ omni turgidit ite remota addidimus.¶ Arma uiṙ.Quod multã inflationẽ carminibus nouissi-mi poetæ subtraxerint:exẽplo ostendit:dicit enim.Nonne tibi o Persi:ut cæteroṙ omittam:uel Maronianũ opus inflatum turgidumq uidet̃ .¶ Vegrandi subere:Et si scio prægrandi subere scriptum in omnibus fere exẽplaribus præter q̃ admodum paucis reperiri:ut ego tamen uegrandi potius q̃ prægrandi legendum puta-rim.Porphyriõ grãmaticus me admonuit.Is in sermões Horatii super uepallida lecto desiliat mulier sic scri bit.Quidam putarunt uepallidã nunc unam partem orationis esse : ut uegrandi subere coctum ait Persius Flaccus.Præterea cum suber autore Plinio uolumine sextodecimo arbor minima inter glandiferas sit iure eam Persius:uegrandẽ:idest paruam minutam quæ respectu aliaṙ arboṙ grandem ferentiũ appellauit.Ve-grandem uero male grandem : & paruum significare apertum est.Ve enim syllabã rei paruæ ueteres præpo nebãt.unde ueiouem:paruum Iouem:& uegrandem fabam:minutam fabam uocabant: in eadẽ significatio-ne Ausonius secundo epigrammatum libro ait.Hic sæpe falsus messibus uegrandibus.Var.quoq secũdo de re rustica idem probat de fœtura ouium scribens.Quod quæ postea concipiunt:fiunt uegrandes atq imbe cillæ.Quare cũ inter grandiferas minima suber sit:uegrandis uero paruum significet si prægrandi legere-tur esset tum contra arboris quantitatem:tum Porphyrionis doctissimi atq diligentissimi uiri auctoritatẽ. Sunt tamen qui Porphyrionis testimonio ducti cum uegrandi legendum assentiat̃:pro multum & ualde grã-di accipiunt quidã prægrandi potius legi uolunt.¶ Coctum:antiquum.Multi enim temporis aliquid coctũ dicit̃:unde recocti homines ipso usu & frequentia & longitudine temporis cautiores exercitatioresq facti co-gnominantur.Hora.enim sermo.Plerunq recoctus Scriba ex quinq uiro coruum deludet hiantem.

Quid nam igit̃ teneṙ:& laxa ceruice legẽdũ?
Torua mimalloneis implerunt cornua bombis:
Et raptum uitulo caput ablatura superbo
Bassaris:& lyncem Mœnas flexura corymbis

JO.BAP. PLAV.

¶QVID nam igitur . Quod Persius talia car-mina:ut pote nimium sonantia: affectata:& tur-gida indiscriminatim irrideat: ueluti ardore iræ concitatus monitor eũ interrogat quidnã igit̃ te-neṙ & lassa ceruice legendum sit:ut talia carmi-na non esse reprehendenda ostendat:quandoqui dem omnis poetaṙ caterua tali studio teneatur. ¶ Igitur.cum talia carmina reꝑhendas.¶ Quid. nam tenerum.molle:non durum nõ asperum:non superbum:& nimis plenum: quasi dicat omnia pariter uel laudari:uel uituperari debere.¶ Laxa ceruice.libero ac remisso sono:non exerta uoce: aut nimium emissa: ab equis translatio:qui remissis habenis colum submissum magis:& inclinatum gerere consueuerunt.est au-tem ceruix:quæ græce dicitur αὐχὴν:posterior pars colli:ut ait interpres philosophi lib.primo de aialibus: ex qua origo est oibus neruis:& qm̃ nerui corpus erectũ:ac rigidũ faciunt:qui in ceruice sunt collocati : di-cimus hoiem duræ ceruicis quasi idomabilem more ferocium boum:& a diuo Hiero.in interpretatione ue teris instrumẽti est dictum populus iste duræ ceruicis est.Dicta ceruix ꝙ per eã cerebrũ ad medulam spinæ dirigit̃:quasi cerebri uia.Veteres pluraliter tantũ ceruices dicebant:primus Hortensius ceruicẽ singulariter ꝓnunciauit sicut docent Quin.& Varro.a ceruice fit ceruical denominatiuum:ut docet Priscia.in.iiii. quod significat puluinũ:qui pluma refertus delicatoṙ capiti subiicit̃.nãq eo delitiæ ꝓcessere:ut sine hoc plumæ instrumẽto durare iam ne uiroṙ quidẽ ceruice possint ut scri.Pli.Mart.Tinge caput nardi folio ceruical ole bit.ꝑdidit unguentum cum coma pluma tenet.¶ Torua mimallo.Monitori respõdens poeta hæc quattuor alterius poetæ carmina subiungit:quasi ostendens hæc laxa ceruice legenda:cum nec affectata:nec turgida nimis sint:quod totũ in illoṙ poetaṙ irrisionem:ꝑ ironiam dictũ est:qui grandiorẽ sonũ captantes reṙ sen-sus nequaquã aduertebant:contra quos illud Ciceronis dici potuisset.Quid enim est tam furiosum : q̃ uer-boṙ,uel optimoṙ:atq ornatissimoṙ sonitus inanis:nulla subiecta sententia:nec scientia:¶ Cornua quoṙ cantu bacchanalia celebrabant̃.Catul.Multi raucisonos efflabunt cornua bombos .¶ Bombis Mimallo-neis.idest sonitibus bacchicis:nam mimallones bacchi sacerdotes fuere (ut docet Strabo.) quas πρότερον κλαδώνας καλουμένας:idest prius ramales uocatas Suidas auctor est.dictæ mimallones ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι:idest ab imitatione:ꝙ imitentur bacchum:Ouidi.Ecce mimallonides sparsis post terga capillis: Ecce le-ues satyri præuia turba dei.uel a monte minoris asiæ(ut quidam existimant)qui dicitur mimas : de quo Pli.

Ceruix

Ceruical

Mimallonides.

Bombus in.v.& Strabo in.xiiii.ubi solēnia:& certamina libero patri:quotānis celebrabanť. Bōbus uero(ut notū est) sonitus est talis:qlis ab apibus murmurātibus exprimit.Pli.in.xi.Noctu quies apibus in matutinū donec una excitet oēs gemino:aut triplici bōbo:ut bucino aliquo.Idē.Cū adueſperaſcet in alueis ſtrepūt minus ac minus:donec una circūuolet eodē quo excitauit bōbo ceu quietē capere iperans.Ennius sonū pedū bombū dixit.

Pentheus Et raptū uitulo.hic fabulā tāgit.Penthei:qui Echionis filius:& Agaues cadmi filiæ.& Dionysiorum osor: cū liberi sacra nō mō negligeret sed matrē etiā:reliquāq; fœminarum gregē ab eis phiberet:forte uisus a bac

Loc⁹ Propertii. chante genitrice cū duab⁹ sororib⁹ discerptus est.Oui.Mater & o geminæ clamauit adeste sorores:hic Propertius.Pentheos in triplices funera grata greges.Plau.imitatus pētheū diripuisse aiunt bacchas.unde nomen nā græ.πένθος dr luctus:πένθιμος lugubris.πενθέω lugeo.Porphyrio tamē in.ii.carminū scribit Pen

Scolus. theū fulmine ictū iterisse:q liberi patrē tenuerūt i custodia.Scolus dicebať locus ex quo pētheus deductus: & discerptus fuit:q(ut Stra.ait li.ix.)pagus est i ora asopia sub Citherōe sedes i iucūda:atq; aspera.un natū est .p uerbiū:q quū uolumus quēpiā admonere ne se ad loca iculta:& minus grata pferat dicimus ad scolon neq; ipse uades:neq; alteri comes ibis. Vitulo supbo.i.pētheo techuitas:& bacchi dionysia fastidiēti:hosti literq; psequēti.Persio subscribit:& suffragaǷ Catullus hoc uerſu.pars e duulso lactabāt mēbra iuueco:at Ouidius uoluit Pentheū Agaue aprū uisum:apud quē ipsa sic loqť.ille aper m nēis errat q maximus agris ille mihi feriēdus aper.

Bassarides. Bassaris agaue bacchi sacerdos.Bassarides dnr bacchæ a baccho:qui bassareus a genere uestis appellať(ut Acron & Porphyrio tradūt)Papinius.& tu bassaridū rotator euā.Se.in œdipo.te bassaridū cōitata choris.Orat.in pmo nō ego te cādide bassareu in uitū quatiā.hinc e'egāter cōas bacchi bassaricas appellat Prop.i.illo uersu.Ciget bassaricas lydia mitra comas.Pelles lyncū bassaras uocitāt thraces

Menas (auctor Euse.)Raptū.i.sectū. Et lyncē menas.Menas magni Pōpei fuit suus:quē Cæsar libertate donauit: q bellorum ciuiliū deftor dictus ē:nā a sexto Pōpeio ad Augu.ab Augu.ad sextū:deide ad Augustū subide trās

Menodorus fugiebat:hūc.quē Appianus appellat Menodorū:i quē scri.Ora.carmē illd ex epod.Lupis & agnis qta sortito obtigit iecū mihi discordia est:hūc inq & Menecratenū seruos sexti Pōpei scri.Pli.in.xxxv.uisos eē a proauis in catasta pedibus argētaria creta denotatis.sed de hoc nequaq hic itelligendū est:nā nihil ad rem de seruo.imo mœnas hic significat bacchā:& bassaridem a græ.μαίνομαι qđ est furo.Iuue.Crinēq; rotant ululante præapo mœnades.Catul.Ego mœnas:ego mei pars.Proptius.Seu seqť medias mœnas ut acta uias. Lynces.lynces:& tigres bacchi currū trahūt:ut teste Probo p eorum colorē in uino uarias hoium eē mētes intelligamus:uel ut p eas seuitia demōstreť:q quidā poti infinitā excedūt crudelitatē.est āt lynx aial maculosum.

Lynx. Verg.lib.iii.Geor.Quid lynces bacchi uariæ.i æthiopia uulgo nascunť:(ut scri.Pli.lib.viii.)qui etiā li.xxviii. inqt peregrinæ sunt & lynces:q clarissimæ oium quadrupedū cernunt.hinc tractos qdā falso oculos lynceos existimār:nā deducunť a uiro noīe lynceo oculatissimo:pspicacissimoq; mortaliū:de quo Hie.cōtra.Ioannē

Error quorūdā castigato origenistā sic scri.lynceus(ut fabulæ ferūt)uidebat trāsparietē.Vale.Flac.primo.argonaut.Fluctibus & me dus terras dabit ille materno.Et dabit astrati:cumq; æthera iuppiter umbra perdiderit solus trāsibit sidera lynceus.Apu.li.ii.de Asino uides hoiem ferreum:& insomnē certe perspicatiorē ipso lynceo .hinc prouerbialiter lynceus pro oculatissimo:& acutissimi uisus usurpatur.Oratius.Ne corporis optima lyncejs contēplere

Oculi lyncei quid apre oculis Mar.Tulli.Quis est tam lynceus:qui in tantis tenebris nihil offendat:Præterea debuissent a Pli.admoneri:qui autumat.lib.ii.fabulā cernendi lynceo inde ortam:q nouissimam primamq; lunam:in ariete primus eadem die conspexerit quod nullo alio signo contingit.de lyncibus plura apre Pli.legeris.q non scripsi-

Orarium. mus:quoniam protrita non curamus. Corymbis.Corymbi sunt uuæ hederarum(ut scri.Ser.)exponens il

Corymbi lud Vergilianum diffusos hedera uestit pallente corymbos.quod senit & Pli.in.xvi.

CORN. ℭQ VIDnam igiť teneri:&l:xa ceruice legendū est: Tenerum est fluxū delictū. Laxa ceruice.i.remissiore sono. Torua mimallonēis iplerūt cornua bōbis.Hi uersus Neronis sunt.Calandrus Hilricorum rex ad ma-

Calādrus cedonā cū exercitu uenit:Illyrici cū partē exercitus haberēt plurimas mulieres cothurnis & thyrsis ornauerunt in mediū bacharum.illi credētes exercitū aduentare discesserunt.Mimallones aūt dicti a potu munesos q

Mimallones. mutarenť furore.Liberi dicunť & bombi soni & mimallones hos uersus:uelut dicit ipse Persius.Finxit in aliorum mutationē quoq; scripta sonū grandē habent sensum nullum . Bombus aūt sonus est tubarum raucus nec ualde acutus.Iccirco aūt in sacris liberi patris bacchæ hos sonos faciunt tubarum quia pomis inde triumphauit:primus militiæ ordinem docuit. Et sectum uitulo caput ablatura superbo:pentheum significat agaues

Pentheus & echionis filium qui liberum patrem negabat deum:quem mater libero faciente correpta sub imagine liberi trucidauit:quem mox deposito furore cognouit:cum in suis manibus caput filii cerneret conuiuiata libero est:superbo autem sacrilego conuitiati libero. Bassaris: ipsa agaue: nam bassaridæ omnes bacchæ

Horatius dictæ sunt.Sed & ipse liber pater:ut Hor.Non ego te candide inuitum rapiam:quibusdam uidetur a genere uestis quam liber pater contra demissa ad thalos:quam thraces bassarim uocant qdam a uulpibus quarum pellibus bacchæ accingebanť & lineum pantherarum:uulpes inde thtoes bassares dicunt . Et lyncē menas fluxura corymbis : corymbis.i.racemis hederæ lynx est libero patri consecrata : ut Vergili. ait : quid lynce.b. Menas:baccha a furore dicta mem græce furor dicitur q significat currum liberi patris subiungere lynces:eosq; hedera & pampinis indutos regere:ut Vergil.nec quia pampineis uictor iugu.f.h.li.br.

Vergilius IO. BRI. ℭQ VIDnam igiť teneri:quasi dicat oīa pari modo haberi in oibus poetis. Tenerum:nō nimis durum:nō nimis pleni. Laxa ceruice.i.remissiore sono:nec tā recte uoce. Sūpta methaphora ab eqs:qui laxati si habenis collū submissus gerūt. Torua mimallonēis iplerūt cornua bombis:quattuor uersus sequētes Neronis fuisse illud suspitionē affert.Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas . Eos ut nimis plenos & tumidos irridet.ut Hora.carmen Antimachi.Fortunam Priami cantabo:& nobile regnū: & Marti.carmen detractoris irridendo infert.Quid cum panticibus laxis & cum pede grandi.& Hora:carmē Furii bibaculi.

Toruum Furius hibernas cana niue conspuit alpes. Torua:terribilia:quasi terua a terrendo.Vergil.Torua leena

Mimallones. lupum sequitur. Mimallones:mimallones mulieres bellicosæ dicunť:mimune idest imitor:q imitenť bacchum.Nā ut scribit Strabo sileni:satyri:bacchæ lenæ:thaides:mimallones:naiades:nymphæ: & quos tytiros uocant:sacerdotes fuerūt bacchi.Ouidius in arte amandi . Ecce mimallonides sparsis in terga capillis. Ecce leues satyri pūia turba dei.Ebrius ecce senex pādo silenus asello.Vox sedet:& pssas ariner arte comas. Dū sequiť bacchas. Cornua:qbus utunť in sacrificiis bacchi. Bōbis:sonitibus nomen fictū a sono uocis.

CET raptum uitulo:hoc uersu tangit fabulā Agaues:nam Pentheus Echionis & agaues filius thebarꝝ rex IO.ERI.
liberi patris sacra cōtēnens:cū eo accessisset ubi illa celebrabanť: mater furore & temulētia percita una cū Agaues
reliquis bacchis Pentheū interemit:& oium prima caput abstulit: unde a luctu sortitus est nomen. Nā pen- Fabula.
thos significat luctum:Pagus aūt ex quo Pentheus deductus & discerptus fuit scholus appellať:in ora autem Penthos
Apuliæ sub citherone auctor Strabo.Vitulo.Ouid.aprum dicit uisum fuisse ut ille mihi feriendus aper mo- scholus
re poetarꝝ nomen pro noie posuit:ut Domitus polucis habenis:cū castor equorꝝ domitor fuerit. Bassa- Bassari-
ris.i.agaue sacerdos bacchi:nā bacchæ bassarides dictæ sunt a bassareo uno ex cognominibus bacchi:Ho- des.
ra.Non ego te candide bassareu inuitum quatiā.A genere aūt uestis quam induebať dictus est ut Porphyrio
scribit usque ad pedes demissam:dicta ut Acroni placet a bassata loco libyæ ubi fiat.Tali enim ueste & nu-
mina uti dicuntur:ut Verg.Pedes uestis defluxit ad imos:ut alii uolunt dicuntur apotō bison.i.a uallibus per
quas sacrificantes feruntur. Et lyncem:aial est baccho dicatum.Vergil.iii.Georg.Quid lynces bacchi ua- Lynx
riæ.Eius aialis ruinam scribit,Pli.ubi reddita fuerit glaciari in gēmas carbunculis similes. Oui.Victa race-
mifero lyncas dedit india baccho.E quibus ut memorant quicqd uesica remisit,Vertitur in lapidem: & con- Menas
gelat aere tacto. Menas sacerdos bacchi a meno.i.furo. Corymbis:uua est hederarum:quæ baccho ideo Corym-
dedicatæ sunt: ꝙ cum uictor ex india ut dictum est rediret:coronas hederæ portauit. bus.
CQVIDnam igiť renerꝝ.Si stilus Virgilianus turgidus & inflatus uideť tibi.Respōdet Persius : qd nā graue BART.
& ornatū putandū est. Et laxa ceruice:libera ac remissa ceruice:& quæ pro qualitate carminis inflectatur. FON.
Torua mimalloneis.Et si qdam hæc Persii uerba putant cū indignatione interrogantis an hæc talia carmi-
na sint:quæ laxa ceruice leganť.Satius tamen est:ut ea respondenti aduersario tribuamus. Cum.n.poetæ in
terrogarit quid laxa ceruice legendum esset:ex quo Virg.nō probaret Respōdet ille hæc carmina quæ sub-
iungi: eiusmodi esse:ut iucunde ac flexibiliter legi possint:quæ sane carmina:uel alicuius quidem poetæ cō-
temporanei:uel Neronis principis sunt:quē cōstat:auctore Suetonio uersus notissimos cōscripsisse.Hos au
tem maxime uersus poeta posuit in eorꝝ repræhensionē.qui grandiorem sonū captantes:rerꝝ sensus nequaq̄
aduerterent.Mimalloneis bombis:Mimallones bacchæ mulieres sunt cornua in orgiis ferentes ea:quæ spi
ritu inflantes:Cognominatas uero plures autumāt.a mima mōte ioniæ,de quo Pli.lib.v.& Strab.xiiii.refe-
runt.In ionia.n.iuxta Labedum quæ urbs nō procul a minante locata est:artificiū liberi patris cōuentus ē:
& Ionum habitatio usq; in Helespontum in qua solemnia & certamina libero patri: quotannis celebrantur.
Verꝝ quidem ex doctioribus a mimume græco uerbo:quod imitor significat mimallones dictas aiunt ꝙ libe
rum patrē imitarentur:& ad eius imitatione cornua ferrent : unde etiam Cassandram Lycophron clari mi-
mallonem appellat:qđ in claro ubi Apollinis responsa dabantur:artem uaticinandi ab eo edocta in uatici
nium illum imitaretur. Torua cor.ad sonantium toruitatem respexit.Toruum aūt a tauris tractum est cū
quadam truculentia irati respectant.Cornua uero inflexa erant a curuo aere ꝙ ea curuarentur cognomina
ta.Inde cornicen.ut a tuba tubicen deriuatur. In orgiis aūt propterea cornibus utebantur ꝙ Bacchus illis
in capite usus sit.Et uero cornua dedit antiquitas: uel ꝙ hoies nimio uino cuius ipse inuentor fuerit truces
fiant.Vel ut Diodo.placet:quod primus tauros iugo submiserit:atq; arare terras docuerit. Vitulo caput
ablatura superbo Bassaris.Pentheus echionis filius thebarꝝ rex liberi pr̄is numen ira contēnens dei ab aga
ue matre reliquisq; thyadibus uitulū eum esse credentibus descerptus est.Bassatides aūt bacchæ sunt a Bas
sareo appellatæ.Bassareus uero unū e cognominibus bacchi est.Hora.a.Non ego te candide Bassareu inui-
tum quatiam.a genere aūt uestis qua iduebať auctore Porphy.Bassareus dicitur:& sane uestis ad pedes flue-
bat.Sta.Si decet aurata bacchum uestigia palla Vrere.a Bassara uero loco lydiæ cognominata est : ut noui
quidā scriptores lr̄is mādauere. Et lyncē me fle.a tygrib⁹ lyncibusq; Bacchi currus trahebať.Sta.Effrena
tæ dextra læuaq; sequunť.Lynces & uda mero labūt retinacula tygres:Baccha uero mulier i liberi pr̄is my-
steriis lyncem ad dei currum positam tanq̄ auriga deflectebat.Lynx quidem ut Pli.locis pluribus auctor est
binos utrinq; digitos habet linguamq; serpentium similem in magnam longitudinem porrigit : grandibusq;
ungulis seu gracculus est circūagitq; collū in aduersum se peregrina est auis & clarissime cernit atq; in æthio
pia nascitur.Menas a mænone græco uerbo:quod furor significat appellatæ:ut Diodo.in.v.scribit : Bac-
chæ mulieres sunt liberum patrem semper secutæ. Corymbis:corymbi acini hederarum sunt quibus Bac
chus coronabatur:Tibul.Sed uarii flores & frons redimita corymbis.

Euion ingeminat:reparabilis ad sonat echo.
Hæc fierent si testiculi uena ulla paterni
Viueret in nobis?summa delumbe saliua
Hoc natat in labris:& in udo ē Mænas:& Atys.

CEVION.nomē est Bacchi. Sta.li.ii.Et tūc for IO.BAP.
te dies nota signata tonātis fulmine: p̄repti quū PLAV.
te tener euie partus trāsmisere pr̄i . sic dictus eo Euchius
ꝙ cū dii bellū cū gigātib⁹ gererēt:prius bacch⁹
in leonē ɔuersus occidit gigātē:unde eū ειςαυτο
λετηυ.græ.uocāt: ꝓpter qđ eum Iuppiter blāde
affatus ē euie dicēs.i.bone fili.eu.n.græ.bū ιου.fi
liū dr̄t.auctor.Acron.li.ii.Carmi. de noib⁹ bac
chi copiose Oui.Dio.est ēt Epigrā.apre græ.luculētissimū de noib⁹ bacchi.Errat.Interpres.Ouid.de arte &
cæteri:q p euio euchion scri.ut ex græ.scriptura facile possumus ɔiectari. Reparabilis assonat Echo. q̄ re Echo.
percussu reparať & resarciť.echo āt:quā Auso.filiā dixit aeris:& liguæ:resonat uocib⁹ mortaliū iter mōtiū
flexus:& cōcauos uallhū sinus:ubi scindiť resultās aer:q̄ cā etiā uoces mr̄tis i locis reciprocas facit.Olympiæ
arte mirabili fuit porticus q̄dā.Heptaphonō appellāt:qm̄ septies eadē uox reddiť.In urbe cizico turres se-
ptē acceptas uoces numerosiore repcussu multiplicāt.homēq; huic miraculo echo ē a græ.datū.ut.xxxvi.lib. Hepta-
scri.Pli.ηχοσ.n.græce sonus:& ηχεω resono.Vn̄ Lucre.Sex ēt:ac septē loca uidi reddere uoces unā cū iace- phonos
res:ita colles collibus ipsi uerba repulsantes iterabāt uerba referri.Fabulanť echo amorē:& delicias rure- porticus.
stris dei panos eē:qđ mistico itellectu significat Armoniā cæli:q̄ soli amica ē:quasi oium spherarꝝ de quibus
nascitur moderatori.Pana autē solem prudentiores intelligunt:aliā causam refert Alexander aphrodiseus. Pan ē sol
Ab Oratio:Valerio Flacco.M.T.cæteris latinis imago echo appellať quasi imitago:ut exponit Por. Sed Halluci-
qm̄ hic de echo fit mentio:& uideo Domi.in illius carm.expositione hallucinari.Nusquam græcula quod re natio
cantat echo,uideor facturus opere precium si obiter hoc te docuerimus . scito(ut cætera omittam)quosdā Domitii.

uersiculos innuere hic epigrāmatariū sic factos:ut in extremis respōsationes ex persona ponantur echus sen
Locus tentiam explentes:morem tuentes illius ultima regerendi.Quales sunt cuiuidā gauradæ græc.poe.antiquis
Mart. quos hic subscribere ad maiorē facilitatē collibuit. αχω φιλαμοι συγκαταινεσοντι τι. ιρω χοριοχασ.αδ ε
μοφιλει.φιλει.πραξαι δ οκαιρος καιρον ω φερει:τυτα νυν αυτα λεξον ως ερω.ερω.και πιστιν αυτα χειρ
ματων τυδος.τυδος.αχω τι λοιπον ποθον τυχειν.Hæc fierent si.q istoꝝ poetaꝝ uersus duri: inflatis
& nimium sonantes nil aliud q̄ de baccho:aut cybelle loquanť,excandescit:& idignať poeta ostēdens ex eoꝝ
incuria prouenire:nā si maiori in scribēdo diligentia uterenť:roderent ungues:& caput scaberēt: eū ad sto
machū sniæ faciētes nō succedūt:accuratiora:elimatiora:& pbabiliora carmina cōponerent.est aūt sensus.
si aliqua uirilitatis maioꝝ portio:& uirtutis scintilla in nobis esset:nequaq̄ talia de baccho & cybelle mol
lia:& lasciua cōponeremus.¶ Testiculi paterni.i.paternæ uirilitatis sunt enim testiculi seu testes colei ex co
Testiculi le pēdentes:dicti ita quod testes uirilitatis sint.Auctor carminis obsceni.Magnis testibus ista res ageť: hinc
Locus in fit testiculoriquod est auctore Pōpeio iumētis maribus fœminas:uel mares fœminis admouere:quod nōnul
pria. li etiā testillor dicunt.hoi testes tm iniuria aut sponte fraguntť:in quo dependent ab inguinibus per singulos
testiculot neruos:quos κρεμαστηρας graeci uocant:cū quoꝝ utroq; binæ descendunt uenæ & arteriæ. Hæc aūt tuni
Apocopi ca tegunt tenui neruosa:sine sanguine:alba:quæ ελαφροειδης a græ.dicitur:qui testiculos habent auulsos
Detesta elegāti uocabulo Apocopos uocat Firmicus mat.Detestatio Apu.diciť emasculatio:abscisio testiū m.vii.
tio de asino aureo.nō ignoro tm̄ detestationē q̄nq; pro execratione accipi:quæ alias etiā diciť denunciatio facta
Emascu cum testatione(ut docet Vlpia.)Emasculare est excastrare:& mascula uirilitate uiduare:in quo significatu ē
lare. euirare:hinc emasculatores dicti pedicones:& pueroꝝ subactores:quos græ.αστυνοχοιτας uocant.qūo fiat
Emascu detestatio docet.In sexto palladius.¶ Sūma de lumbe.In hoc nostræ tēpestatis poetæ tm̄ operā suā collo
latores cant:& ingenium suū exercent:ut de baccho:& cybelle scribant:quoꝝ sacrificia cōmunia fuisse apud phry
ges a Strabone didicimus.¶ Hoc de lumbe.eneruatū:effœminatū:molle:lasciuū:solutū. Ciceronē a bruto
tanq̄ fractū:& elumbē male audiuisse auctor est Tacitus.¶ Summa salua.i.summa:& extrema oris parte:&
idē significant in labris:& in udo:& ē exaggeratio color rethoricus: Vdum aūt dixit:qm̄ uocis iter udum est:
quæ per udam arteriaꝝ:fauciūq; uiá labiť.Verg.de Almone Hæsit.n.sub gutture uulnus:& udæ uocis iter.
¶ Mænas:& atys.i.carmina de baccho:& de cybelle cōposita:ut est Torua mim.
CORN. ℭEVion ingeminat reparabilis assonat echo.euchion: idem & idem clamitat q̄ uox libero patri celebrať a
bacchis:libere aūt patere:Euchius dictus est eo q in bello giganteo nō apparuisset & credidit eum discoo
pertum a gigantibus & dixit Heu:quæ uox gementis est:deinde adiciebat ion:idest filium miserum: uel ubi
est:clamantium ergo a baccharum uoce.¶ Euion:ingeminat & assonat reparabilis echo est epitheton echo
nis quæ reparat uerba audita.¶ Hæc fierent si testiculi uena ulla paterni Viueret in uobis : summa de lum
be salua:uerba tam mollia & uirtute reum carentia carmina qualia sunt hæc quæ de bacchis & satyris scri
pta sunt si in uobis aliqd paternæ uirtutis remansisset amitteremus scribere . Hæc fierent si tes.ue.ul.pa.ui.
in nobis:talia poemata a quoq̄ scriberentur:sic quicq̄ in membris uirilitatis esset uel si aliquā partē habere
mus:quapropter isse possemus:alii tradunt si non degenerauissemus a nostris parentibus:uel si masculi esse
mus & non delūbes.¶ Summade.lumbe salua.. Hoc natat in labris & in udo est menas & atys : de lumbe est
carmen adumbratum nihilq; fidei habens uel fractum eneruę:qui in lumbis & renibus uirtus est q dicit istos
non habere.¶ In udo est menas & atys:in udo in palato:unde humero nascitur:athyn namq; & menam dice
re promptum est:& sine tormento cogitatum uenit ore primo emissum.
IO. BRI. ℭEVion ingeminat:uox bacchantiū est:nā liber cū in bello giganteo dilaniatus a gigantibus:ut scripsit Or
Euion. pheus fuisset:iuppiter eum quærēs magno clamore & lamentatione ita appellabat.¶ Euion.i.bone fili:euei
beneiios græce filium sonat latine quod postea in eius sacris seruatum est.Ouid.in arte amandi. Pars hyme
nea canunt:pars euion euio clamat.¶ Echo:reboatio:ab echin idest resonare. ¶ Reparabilis : quæ repetit
uoces:quod fieri solet in locis concauis.¶ Hæc fierēt si testiculi uena nlla paterni : idignať poeta qd' semper
de Baccho tm̄ & cybelle scribāt: & dura nimis & plena carmina ostēdens id prouenire ex nimia poetaꝝ incu
ria:qui si diligentius stilo suo uteretur.elimatius scriberent.Est igiť sensus.Si nos haberemus aliquid maioꝝ
nostroꝝ:hæc a nobis nō fierent.¶ Summa de lumbe salua hoc natat in labris.i.hoc tm̄ poetis temporꝫ nō
stroꝝ in promptu est:ut de Baccho & Cybelle scribant:quoꝝ sacrificia cōmunia fuisse apud Phryges aucto
re Strabone produnť.Nam ita Home.in palamede choꝝ loquentē dicit.Cū patre libero lasciuiens : qui per
idam lætať chara cū matre tympanoꝝ sonitu & cōgregantes in unū Sylenū & Marsiā Olympum & tibiarum
quærentes repertores.celebrantesq; rursus Bacchia:& phrygia si simul conferunt. ¶ Delumbe: ueluti solu
tum & eneruę:tanta repletione fertur carmen qualia sunt quæ præcesserunt scribit Tacitus Cice. a Caluo
male audiuisse tanq̄ solutum & eneruem.a Bruto autem,ut ipsius uerbis utar tanq̄ fractum & elumbem.¶ In
labris & in udo.Exaggeratio est reiunam idem est in salua:in labris:in udo.¶ Mænas.i.carmen: de Baccho:
ut illa.Torua mimalloneis implerunt cornua bombis.¶ Athys propter id berecynthius atys.
BART. ℭEVion ingeminat:ut Acron scribit.ex eu qd' bonum significat:hios filiū euchius cōponiť : Ait enim Bac
FON. chum in leonem conuersum primū deoꝝ oīnm illi gigantheo in prælio affuisse:Rhœtūq; interfecisse:ex quo
facto eum Iuppiter ita laudauit euchie.i.bone fili.Porphy.aūt a uoce bacchantiū dictū refert:nam hæc uox
in bacchi sacris iactabať:ob quod ingeminari euchion dixit.¶ Reparabilis echo:quæ ipsa repercussione uo
cis:ut in conualibus & concameratis locis audiuimus:reparatur: natura.n.locoꝝ euenit:& plerunq; cōual
lium:ut acceptæ uoces numosiorem repercussu multiplicentur.¶ Nomenq; eiusmodi uoci a græcis datū est.
ut Pli.sexto.&.xxx.libro.¶ Hæc fierent:indignanter cū acrimonia uultus:& ceruicis agitatione:uoceq; cla
riori legendū est.Ait.n.Persius:Si quid in nobis utilitatis patriæ superesset:nequaq̄ scripta eiusmodi proba
remus.¶ Hoc de lūbe natat in labris:Hæc mollia & eneruia sæpe legimus:crebro q̄ in ore habemus.¶ Ge
nitalis aūt seminis sedes in lūbis est.Vnde a sacris litteris lūbos:ut præcingamus:admonemur. De lūbe ue
ro holem effœminatū & mollem ob nimiā uenerem dicimus.Hinc de lūbe carmē ore lasciuo minimeq; uirili
transferť.¶ Et in udo est menas & atys:de menade atq; aty uersus crebro legūť: in translatione aūt uerboꝝ
manet.Nam cū saluam ac natare posuerit:nūc merito udū addidit , Vocis enim inter udum est : q̄ per udam
arteriaꝝ ac fauciū uiam labiť.Vergil.de Almone.Hæsit enim sub gutturæ uulnus & udæ uocis iter.

IO.BAP. PLAV.

¶NEC pluteum cædit. Poetarum incuriam circa carmina: & κενοδοξιαν .i. inanem gloriam taxat: & reprehēdit: qui tanto laudationis studio tenebantur: ut in carminibus cōponendis: emendādis: & corrigendis nullā moram: nullum laborem: nullumq; studium adhiberent: pluteum nō crederēt: ungues dētibus nō morderēt: sed adhuc imperfectos: inelimatos: tanq̄ abortiuū effunderent: ut citius plauso: & laudes populariū cōsequerentur: Quapropter nō est mirū si eorum opera moriebantur: anteq̄ uiuere incepissent. Quod nō accidisset si potius Euripidē: q̄ Alcestidem imitari uoluissent: quorum cū alter euripides quereretur: q̄ biduo uix tres uersus maximo impenso labore deducere potuisset: atq; is centū perfacile scripsisse gloriaret: uerum hoc inquit interest: inter tuos uersus: & meos: q̄ tui intra triduum peribūt: mei in omne tempus sufficient. auctor Valerius. sumptum aūt est hoc Persianū ex illo Orat. de Lucilio. Et inuersus faciendo sæpe caput scaberēt: uiuos & roderet ungues Sæpe stilū uertens iterum q̄ digna legi sum scriptur⁹. Laurūq; momordit inquit Iuue. Quæ solent facere poetæ cum res: & uerba ex sn̄ia nō succurrūt: hæc autē ridicula sunt uisi cum soli sumus: auctor Quintilianus.

Euripides & Alcestis

Nec pluteū cædit: nec demorsos sapit ungues.
Sed quid opus teneras mordaci radere uero
Auriculas? uide sis ne maiorum tibi forte

Pluteus

¶ Pluteū. tabulā: qua utuntur qui literis dant operā Iuue. Et iuber archetypos pluteū seruare Cleanthas: Sidonius. Grāmaticales Pluteos aut athenei cuneos: aut armaria extructa bibliopolarum. Hinc plutealis deriuat. Cicero ad atticū. p̄terea typos tibi mādo: quos in territorio atrioli possim includere: & plutealia sigilla duo. sic. n. legendū est: nō aūt putealia sigyllata: ut oēs passim habēt codices: nō me fugit quid sint plutei militares: de quibus i quarto copiose Vegetius: & Festus Pompeius. Præterea apud Sueto. & Propertium pluteus mensam significat: apud Martialē illo uersu. Nāq; puer pluteo uindice tutus erat. spondā lecti quo dormimus: nō discubitorii intelligo: ut patet per uersus superiores. Vitruuius lib. v. ostēdit: & pluteum id esse: quod inter supiores: & inferiores colūnas ē.

Emēdat⁹

Silentiū p̄ prudentia hoi imprudenti

¶ Sed quid opus. aduersarius sciens pythagoricū eē præceptū silentiū homini imprudēti uicē afferre prudētiæ: qđ hoc disticho p̄nūciat. πασ τισ απαιδευτοσ φρονιμωτατοσ εστι σιωπων τον λογον εγκρυπτων ωσ παθοσ αισχροτατον. nec ignorans naturā nobis aures duas: & unā linguā dedisse: ut auctore Seneca plura audiremus: q̄ loqueremur: poetā nostrum admonet: ut silentio oia Romanorum facinora: & oculis conniuentibus pertranseat: ne imprudēs uideat: qm̄ si in Romanos caninā facundiā exercere perseuerauerit: ultimo supplicio afficiet nam πολλακισ εν τοισ λογοισ ελυπησαμεν αυτουσ τουτοισ εργοισ την τιμωριαν εδοσαν .i. sæpe numero quic uerbis lacessimus huic ipsa re pœnas dāus auctor Isocrates.

Vnam linguā & duas aures tradit natura

¶ Quid opus. qa firmū fodis: æthiopem lauas: & in te odiū uatiniauū cōtrahis: nulla. n. castigatione Romani a talibus studiis possunt remoueri: cū in his diu permanserint: nā (ut ait Cicero in philippicis) malū nascēs facile opprimitur: Inueteratū fit plerūq; uetustius. ¶ Radere. rep̄hensione acri: & amarulenta tangere. morsu p̄sequi satyrico. ¶ Teneras auriculas. aures potentiorum: & nobiliū: q̄ ad credēdū teneræ: & faciles eē consueuerūt. & delatoribus: susurronibusq; expositæ (ut ostendit Iuue. in. iii.) quod neruos stultitiæ eē ostendit Quinti. Cicero ad Ciceronē de petitione consulatus his uerbis. illud teneo neruos: atq; artus eē sapientiæ nō temere credere. Iō debent: p̄bi: & circūspecti: principes imitari Alexandrū magnū: qui ex duabus auribus alterā accusatori p̄bebat: alterā manu obturabat: ut illa illibata reo cōseruaretur. Senecæ i p̄uerbiis p̄ceptū est: ne aures habeamus faciles criminantibus: in quā sn̄iam est illud dictū a p̄pheta Psalmographo. Sepi aures tuas spinis. hoc est (ut interpretaē Hieronymus) noli habere aures pruriētes ad audiendū alienas calūnias.

Nerui sapientiæ non temeē credere

Aures ne hēamus facil.

¶ Mordaci uero. elegans: & accōmodarum ueri epitheton. Veritas. n. hoiem scelerosum mordet: & lācinat iuxta illud notissimū. Obsequiū amicos: Veritas odiū parit. Hieronymus. Amara est ueritas: rugosæ frontis: ac tristis: offenditq; correctos: & qui eā prædicant: replentur amaritudine. Idem. Ita natura se habet: ut amara sit ueritas: unde & Apostolus loqtur inimicus uobis factus sum: ueritatem dicens uobis. Veritatē mordacē ex Persii emulatiōe dixit idē Hierony.

Amara ē ueritas

Animus i aurib⁹ habitat

¶ Vide sis. Xersem illū magnū persarum regem dixisse ferūt aīum in hoium auribus habitare: nā prout bene quis: uel male audit: ita lætatur: uel excandescit. ex quo saluberrime admonet Persium aduersarius: ut uideat ne si ad principū aures: & nobilium Romanorum: Persium in eos satyrā scribere peruenerit: illi succēseant: ipse uero supplicio atrocissimæ mortis afficiat. ¶ Sis. i. si uis. Antiqua locutio: & comicorum maxime peculiaris: ut Sodes. i. si audes (ut in oratore interpretat Tul.) Sultis. i. si uultis: & id genus sexcēta. Enni⁹. Pandite sultis genas: & corde relinquite somnū: ubi in scansiōe. s. abiicitur p̄ sibilo: quod & apte Neotericos obseruasse Iuue. nōnulli uolunt. cū ait. Dispositis p̄diues armis sic. n. lego nō aūt hamis. In hoc frequēs est Lucre. Lucil. Verg. Catul. cæteri. Apte Epigrāmatariū poetam est Lucil. carmē. Tale. Lucil. Colu. est hic situs Metrophanes: in quo ē uerbū eē superuacuū: & . s. abiiciēdū in quadā Epist. hoiem doctissimū ciuē: & olim p̄ceptorē nr̄m (ab sit inuidia uerbo) docuimus: qđ mirandū nō est: nam (ut in græco est adagio) πολλοι μαθηταικρειττονεσ διδασκαλων. idest multi discipuli meliores præceptoribus.

Sodes

Multi meliores magistris

CORN.

¶NEC pluteum cædit nec demorsos sapit ungues: molles sensus est: quomodo potest esse sensatum carmē scribentis: quum ingenium leuitas non pondus sequatur: q̄ nec diu cogitatum est: nec structum manu quærentis aliquid mirificum afferre: aut ungues sursum indignatione risisse: Nam qui cum cura scribunt: ita intenduntur: ut ideo pupiltu uel tabulam feriant interdum ungues corrodant: ut Horatius lib. primo sermonum. Sæpe caput scalpere uiuos corrodere ungues: quorum nihil faciunt lænium carminū auctores. ¶ Sed quid opus teneras mordaci radere uero auriculas? teneras idest molles uel tractabiles: uel se castigat i q̄ se nimium libere gerat uel libellum respondet apud quem Persius: ut supra dictum est. Incoato sermone figuraliter inductis personis locutus est: ergo uera sunt inquit quæ dicis: sed minime est opus mordaci uero auriculas eorum radere: idest perstringere uel lacerare. ¶ Et bene mordaci uero: dixit ueritas enim habet morsum: & odium creat. ¶ Vide sis ne maiorum tibi forte limina frigescāt: sis. i. sodes: aut certe si uis ecce p̄dico tibi caue renūciēt tibi potentū familiaritas: & excludaris de domo amicorum cum uis uera loqui: aut.

IOAN. BRI.

¶NEC pluteum cædit: incuriam notat poetarum. Sic Hor. de Lucilio: & in uersus faciendo sæpe caput scaberet. uiuos: & roderet ungues. Sæpe stilum uertens iterum quæ digna legi sint scripturus: nam in uersibus faciendis: cum res & uerba non suppetant: præ indignatione plerūq; poetæ. ¶ Et pluteum percutiunt. & ungues rodunt cogitando quæ dicant. ¶ Pluteum. plutei crates erant corio crudo intentæ: quæ solebant, ut

scri.Festus opponi militibus opus facientibus: & appellabantur militates:Nunc etiam tabulæ quibus quid
præsepitur eodem nomine significantur.¶ Sed quid opus tenera:monitorem introducit sibi cauendum esse
ne supplicio efficiatur dum tam aperte nobilitatem insectatur.q.d.superuacaneum esse.¶ Teneras : Nero-
nis potissimum:& cæterorum nobilium:ut supra.Non si qua elegidia erudi.Dictarunt proceres.¶ Radere:
reprehendere:mordere:tangere.Tractum a medicis qui cultro uulnera radere:& resecare solēt:ut alibi per
sius.Pallentes tradere mores doctus.¶ Vide sis ne maiorum:æmulatio est Oratii. O puer ut sis uitalis me-
tuo:& maiorum nequis amicus Frigore te feriat.¶ Vides sis:idest uide si uis hoc est caue tibi:quia impera-
tiua uerba uelut contumeliosa sunt:addebant ueteres sis:quod significat si uis.

BART.
FON.
¶NEC pluteum cædit:nec demorsos sapit ungues.¶ Neq; accurate neq; apposite scriptum est:ex Horatio
uero transtulit:qui sermonibus ait.Et in uersu faciendo:Sæpe caput scaberet uiuos:& roderet ungues.Sti-
lus autem tardus potius ac diligens q̄ celer:& languidus esse debet.Nam quod bene scribitur satis celeriter
scribitur.Qui uero moram stilo iudiciumq; apponunt in ipso limæ labore irati interdum:& caput scabunt:
& pluteos cædunt:& extremos ungues morsicant:quæ tamen coram alíis fieri non decet.Nam ut scri. Quin
ti.Ridicula sunt nisi cum soli sumus.¶ Nec pluteum cædit:Plutei proprie crates e corio crudo intentæ sunt:
quæ militibus opus facientibus:ne ab hostibus lædi possent opponebantur.Postea uero etiam tabulæ:qui-
bus aliquid præsepiretur:eodem nomine dictæ sunt:hinc librorum & tabularum:signorūq; repositoria plu-
tei appellantur.Iuuena.Et iubet archetypos pluteum seruare cleantes. ¶ Sed quid opus teneras mordaci
radere uero auriculas:interrogat aduersarius quid causæ sit:cur alios reprehendendo odium in se contra-
hit.Admanet autem ex eiusmodi scriptis mortis ei periculum imminere.Magna uero in his uerbis est uis.Nā
mordax uerum esse: & non tangere:sed radere aures atq; teneras dixit utpote:quæ celerius reprehensiōe ad
mittant proptereaq; uehemētius indignentur.¶ Vide sis ne maiorum tibi forte limina frigescant Vide si
satyrā scripseris ne a potentioribus occidaris Frigescere.n.si potentiorum limina nihil est aliud q̄ potētiori
bus frigore:hoc est morte:q̄ frigus ui caloris extincta inducit feriri. Totus uero hic locus ex tremetiano ad
monitu apud Ora.sumptus est.O puer ut sis uitalis metuo:& maioꝝ ne quis amicus frigore te feriat.

> Limina frigescant.sonat hic de nare canina
> Litera.per me equidem sint omnia ꝓtinus alba:
> Nil moror.euge oēs oēs bene miræ eritis res.

JO.BAP.
PLAV.
¶LIMINA maioꝝ.i.ædes maiorum : potentio
rum:nobilium:pars pro toto:sicut apud Vergi.
Vnguẽtũ tes aquaꝝ superficiem in lini modũ hęc cassia oliuo mixta unguentũ facit. ¶ Quid iuuat hoc templis nr̃os
immittere mores? quid iuuat ut credamus deos cupiditate aliqua uel ambitione sicut hoies tãgi: & ex huma
no corpore vt credamus deos luxuria uel pompa aut ambitiois delectari carnalibus & fœlicitatẽ deoꝝ in
auro esse positam credere. ¶ Hæc sibi cassiam corrupto dissoluit oliuo: incipit iam de uiciis corporalibus lo
Corpus qui & tangit delitias quas si homines inuenerunt cassiam ad carnem referimus corpus enim nostrũ omnium
uitioꝝ causa est: est autẽ cassia odoris genus quod oleum corrũpit usus oliui Cassia herba vel pigmenti ge-
Pulpa nus quæ oleum meliorem inficit quod oleum caloribus uiciatur. ¶ Et bona dis. Ex hac scelerata pulpa: qd
delectat credere cupiditate deos tangi & bona eorum malis nostris estimare. hæc eadem pulpa .i. hoc nostrũ
corpus omnium viciorum causa est quod detractiue sceleratum appellauit.

IO. BRI. ¶ VR nas: Vrna proprie vas aquarium: dicta quasi Vrina ab vrinando: idest sub aqua nando. autor est. Var-
ro. Thuscum fictile. Quo in sacris prolibabatur. Plinius in sacris quidem etiam inter has opes non myrrinis.
Cristallinis: sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius: templorum quoq; fastigia fictilibus ornabantur
¶ Tuscum. Etruria autore Plinio maxime Plasticem excoluit. Vnde Tarquinius priscus. Tauriano a flagel
lis accinto: Iouis effigiem fictilem in Capitolio dicandã locauit Martialis. Lautius erat thuscis Porsena ficti
libus. ¶ O curuæ in terras animæ. Acclamatio est cum risu & indignatione in eos qui ex desiderio suo deoꝝ
uoluntatem ducunt. ¶ Curuæ in terras. Ad terrena ita inclinatæ & deuolutæ: ut quid a nobis deus exigit non
consideretis. Sicq; innuit: ut sequentia docent: deum ad vota nostra nõ moueri nostris sacrificiis: muneribus
ue. sed vt dictũ est mente sancta & iusto animo. Non ignoro a Lactantio hoc carmen miris laudibus efferri.
¶ Cœlestium ina. quæ non cognosciris quid cœlestibus gratum sit ac si diceret superos non eisdem moueri
affectibus quibus mortales. ¶ Nostros imit. mo .i. credere eadem quæ nobis grata sunt diis pariter placere.
Pulpa ¶ Et bona diis ex. h. sce. di. pul. Idem est poetę exaggeratio. ¶ Ducere: iudicare: colligere. ¶ Ex scelera. pul .i.
voluptate & desiderio nostro. ¶ Pulpa: inde fit pulpamẽtũ: dictaq; est autore Donato: quod pulsetur & con-
scindatur dum manducatur. ¶ Hæc sibi cor. cas. Ostendit oino deos non hominis munera: sed puram mentẽ
poscere. Sensus est. si quãdo per uestium aliaꝝ ue reꝝ luxum peccamus: ex eo tamẽ aliquã capimus utilitatẽ.
At aurum in templis nihil omnino diis prodest cum muneribus more mortalium non moueatur. ¶ Dissoluit:
diluit. Tempora sua notat: quibus in tantum luxum unguenta processerant: ut lini iam non solum: sed & per
fundi unguentis gauderent. etiam. vestigia pedum tingerent: quidam etiam biberent. autor est Pli. cassiam vn
guentum. cassia enim autore Pli. frutex est in Aethiopia Troglodytis cõnubio permixta iuxta Cinnami cam
pos nascens. Fabulosa tamen antiquitas princeps ue Herodotus narrauit Cassiam circa paludes Arabię col
Cassia ligi propugnante vnguibus diro vespertilionũ genere: aligetisq; serpentibus his cõmentis augentis reꝝ pre-
tia. ¶ Oliuo: Quo vnguentoꝝ odores optime seruantur. Pli. Vnguenta optime seruantur in alabastris: odo-
res in oleo. ¶ Corrupto: quia in vnguentorum odorem transit. Nam vna quæq; res alterius permixtione cor
rumpitur. Vergil. Nec cassia liquidi corrumpitur vsus oliui.

BART. FON. ¶ O Curuæ in terris animæ: Terrena tantũ relictus cœlestibus cogitantes: Exclamans autem indignatur &
quærit qui luxuries tanta in templis prosit. Exclamatio vero ipsa conficit significationem indignationis atq;
doloris. ¶ Ex hac pulpa. Ex hac nimia luxuria nostra. ¶ Pulpa: nisi ossibus caro est. ¶ Hæc sibi corrupto cas-
siam dissoluit oliuo. Ex eadem luxuria natum est: ut oleo cassiaq; cõmixtis vnguenta conficimus & purpureis
vestibus: vnionibusq; utamur: atq; auri & argenti metalla effodiamus. ¶ Cassiam dissoluit: Virgiliana æmu-
latio est. Nec cassia liquidi corrumpitur usus oliui. Cassia vero: vt lib. xii. tradit Plini. frutex est amplitudinis
cubitorum trium in æthiopia iuxta cinnami campos nascens: sed in montibus crassiore sarmento: tenui cute
verius qua cortice color triplex. Cum primum emicat candidus pedali mensura. deinde rubescit addito semi
pede. vltra nigrans: hæc pars maxime laudatur ac deinde proxima. damnatur vero candidi.

IO.BAP. PLAV.

CALabrum.hoc dixit.quia ibi nobilissimæ lanæ ex ouibus.habebantur:nam circa Tarentum oppidum calabriæ canusiumq; auctore Pli.suam nobilitatem habent: Vnde Varro scribit Tarentinas oues pellibus integi ne lana inquinetur:quo minus uel infici recte possit uellus:uel lauari:ac parari. Matt.Velleribus patris apulia:Parma secundis Nobilis.est autem Calabria Italiæ pars:in qua est brundusiū:hydrus modos: tū salentini campi(ut Mella scribit)græci Mesapiam a duce appellauere:& ante Peucetiam a Peucetio Enotri fratre. Auct.Pli.scribitur per.b.distinctionis gratia(ut notat Eustathius) ut differat a calauria insula contra

Calabria
Calauria

Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus
Hæc baccam conchæ rasisse & stringere uenas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc peccat uitio tamen utitur: ad nos
Dicite pontifices:in sacro quid faciat aurum?
Nempe hoc qđ ueneri donatæ a uirginæ pupæ

Troezenū:quā Neptunus possedit pro delo cōmunitatione facta cū latona: sicut Tenarę pro pythone:ut in puerbiū res abierit uel permutationis: uel actionis eius quæ præscriptis uerbis fit.Do ut des ισουτοι δ᾽ υλουτε καλαυριαν τε νε μέστιοι πυθω δ᾽ ηναθευ και ταιναρον ηνεμοεσσαν, Vitiato, idest a quo lanitii color naturalis uitiatur:& corrūpitur.Sic Orat.Sed mala tollet annus uitiato melle cicuta alienum.n.colorē uitiat cū lana inficitur.unde Verg.discet mentiri lana colores.Baccam rasisse conchę bacca fructus est lauri:Mirthe:oleæ:hederæ:& similium.veręa similitudine rotūdi corporis baccas appellant & uniones: quas græ.Margaritas nominant:unde Margaritarii dicti negotiatores:mangonesq; margaritarum:quos facit luna defluens a venere(ut inquit firmicus)nascuntur in mari indico:fertilissima est ta probane insula: & perinula promontorium indiæ.nascuntur & in Britania sed paruæ:decolores.suffuscæ & liuentes. auctores Pli.& Tacitus:rasisse autē interpraetare extraxisse:euulsisse:quoniam sic adherescunt conchis:ex quibus piscibus generantur:vt uelli non queant nisi lima auctor Pli.¶ Et stringere venas.aurum:& argentū intelligit: quæ quomodo inueniatur docet Plini.noster in.xxxiii.dictū aūt est inuidiose in tempora sua: quibus auri in tantum adoleuit luxuria:ut fibulæ Tribunitiæ ex auro gestarentur:mulierumq; pedibus & mularum subuicerentur.atq;in omnibus obscenis desideriis usurpatum fuerit(Pli.aurum inquit etiānum pedibus induitur: atq; inter stolam:plebemq; hunc medium feminarę equestrē ordinem facit.Martia.ventris onus misero:nec te pudet excipis auro Bassa bibis uitro:carius ergo cacas:unde Iuuen.Sitrulla inuerso crepitum dedit aurea fundo:in quo carmine taxat poeta satyricus græculos illos assentatores.qui erant parati laudare dominum suum.& si in uasis aureis:& quod peius est ad esum humanum fabrefactis egereretur.Lampridius refert Heliogabalum onus ventris auro excepisse:& in murrhinis minxisse.quid si vena proprie alibi docuimus p metaphoram autem venæ in terra dicuntur subterranei meatus:per quos unda Manat.aut alius liquor:unde venæ argenti:& auri dicimus ut hic Persius:& frequentissime Pli.per venas enim terræ quæruntur:unde metallū a μεταλλάω.quod est sorutor & inquiro deriuatur:Homerus, μετιων ταυτα εκαστα διειρεο μηδε μεταλλα.Feruentis quia dum tonditur feruescit.Stringere.colligere conflare:unde auctore Plini.Strigiles hispania vocat auri paruulas massas φ super omnia solū in massa auramēto capit.aīs stringere deglabrare est(ut docet paulus iurisconsultus.)De puluere crudo.nō cocto.nā(ut ait Pli.)qđ est effossum tonditur: lauatur:molitur in farinam:ubi simplici.l.molitur legēdū est.idem paulo infra.Spurcitia in omni metallo uocatur scoria. hæc in auro coquitur iterum:& tunditur.κονισ græce dicitur puluis:unde Conisteriū:quod est instructuris palestrarę membrum:quo palestritæ puluisculo flauescentes luctam exercent: cuius meminit in quinto Victruuius Acōiti uicit prouerbio græco dicit: quoties quis sine labore uicit: & sudore. Pausanias tradit athletā.Dioteū uicisse aconiti:qđ Pli.citra puluerē.lib.xxxv.interpraetatus est. e contrario coniti uicit dicitur quoties cum labore:& sudore uictoria paratur.hoc annotaui:ut locus Gellianus corrigeretur:apud quē in quinto sic scriptū legitur.Quandi causa est cū deditione repente facta in puluere(ut dici solet) incruentaq; uictoria obuenit. Tu scribe sine puluere.¶ Peccat & hæc peccat.oēs sacris nō initiati huius modi luxuriæ seruientes peccant.Vitio tamen utitur.aliquā vtilitatē:aliqđ emolumētū percipit:& cōsequitur:nā gemmis:auro:purpuraq; utitur.& bene dixit utitur:nā fruitur.nā(ut subtiliter pēsitat Augu.li.de doctrina christiana & li.xi.de ciuitate dei.)frui est ea re uti:q nos nō ad aliud referenda p se ipsam delectat.Vti uero ea quam pp aliud quærimus.unde temporalibus magis utendū est:q fruendū.vt frui mereamur æternis. ¶ At uos dicite pontifices.insurgens per interrogationem in sacerdotes:qui aurę diis offerri debere persuadebant: ostendit nullam utilitatem:nullū emolumentū redundare in aurę in tēplis deorę collocantes:esseq; superuacuū φ aurea uasa templis inferantur:quod non sanctitudinis:non religionis:non cerimoniarę: sed auaritiæ sit instrumētū(ut inquit Lactantius)deum enim non auro templa fulgentia:altaria distincta:delectant: sed anima ornata virtutibus(vt scribit Hierony.)quod sentire videtur & Lucan.scribens deorę delubra diuitiis violari. ¶ Pōtifices:Pōtifices:quorę collegiū primus Numa Romæ cōstituit(vt est apud Liuiū)magnū apud Romanos teste Dionysio sacerdotiū:& nomē habēt:cū sint rerę maximarę dicūt multareq; cōsueuerint:quos viderint iussis suis minime obseqntes.ipsi vero neq; senatui:neq; Po.Ro.rōnē sacerdotii sui reddere coguntur. Diony.qīs subscribūt Canonici scriptores:apud quos i decretis Dist.xxi.de pōtifice hæc tradūt.Pontifex princeps sacerdotū est:ipse maximus nūcupatur.ipse oēs ecclesiasticos ordines disponit.Pōtifices græ.Archiereas: Ierodidascalos: Ieronomos: Ierophantas: Ierophylacas:protomistas:quo vocabulo vtitur Sidonius. Archimādritas. aliisq; noībus appellāt.dicti aūt a posse:& facere(ut ingt Se.uel a pōte(ut arbitratur.Varro)qm ab his sublicius pōs Romæ est factus primū & sæpe restitutus:cui Plut.astipulatur in numa.¶ Nempe qđ veneri.suæ interrogationi rńdet.Erat cōsuetudo vt puellæ virginitatē exuētes:puppas Veneri:vt felix:faustūq; esset mrimonii:cōdonarent:sicut pueri bullā laribus suspēdebant:cū ex ephæbis excessissent: qbus milites emeriti etiā sua arma dicabāt:vn̄ Ouid.Miles vt emeritis nō est satis vtilis armis Ponit ad antiquos q̄ tulit arma lares. Gladiatores donati rude post gladiatorias palmas arma herculi cōsecrabāt: Vnde Oratius.dixit. Veianius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro.sunt aūt Puppæ:& p diminu.Puppulæ imagūculæ puellares in deliciis:oblectamētisq; virgūcularę.Antiqui puppos:& puppas dixerūt pueros:& puellas. Auso.Barbara:sed latias uincis alumna pupas:vbi aduerte Ausonium corripere quod Persius produxit.

Bacca
Venæ
Mettallū
Strigere
Scoria
Cōsteriū
Aconiti uicit
Gelli codex emaculatus
Frui & vti
Pōtifices
Milites emeriti laribꝰ arma dicabant

CORN. ¶HAEC calabrũ coxit uitiato murice uelus.Lanæ coloribus tinctæ corporis usibus inquirunt ad ambi-
tionẽ.Sensus est.Apulã lanã cõchilio ificit adeo in apulia:qa ibi plurimæ oues nascunt. ¶ Vitiato murice.i.
cocto uel fracto cõchilio quo tingit purpura. ¶ Velus aũt ob hoc dictũ ꝙ prio lanæ uellerent nõ tonderent.
¶ Hæc baccã cõchæ rasisse & stringere uenas:p radere margaritas:de cõchis marinis uniones q nascunt in
Bacca cõchis p qbus bacchas posuit.ut Hora.Vnionibus onusta baccis.Bacca ergo gẽmæ genus qđ in cõchis na-
scit. ¶ Et stringere uenas feruẽtis massæ crudo de puluere iussit:qa aurũ & argẽtũ de crudo puluere separat
Massa in fornace coctũ i massam cõfert:ideo ãt crudũ puluerẽ dixit:qa coquit ut metallũ fiat & bñ stringere: qa eo
quẽdo religat i massam. ¶ Hæc peccat:uicio tñ utitur hæc faciẽdo itegritate sui mores humani uacillant iu
suo tñ crimine possumus hoibus ignoscere: quos.s.cõcupiscẽtus qbus utunt.Nã crimẽ est ambitionẽ petere:
utit ea quis peccat supuacue reperiẽdo:hẽt tñ aliquẽ usum appetitoꝝ. ¶ At nos di.põ.in tẽ.qd fa.auꝝ? Nẽpe
hoc qđ ueneri donatæ a uirgine pupæ.Hoc dici sacerdotes redditę mihi rõnẽ qd opes i tẽplis agunt?cur diis
Pupæ & nõ usuris cõsecrant:qbus tã supuacue q̃ ueneri pupæ quas nubẽtes uirgines donãt:Solebãt.n.uirgines an
teq̃ nuberẽt quædã uirginitas suæ dona ueneri cõsecrare. Hoc & Varro scribit si hoies igt acuti cupiditate
corrupti uicina incurrũt:ut qd superis qbus solẽt hæc displicere : nẽpe hoc tibi facit aurũ qđ pupæ in tẽplo
ueneris:& tñ hoc faciunt hoies:nec uitio corrũpunt.Veꝝ uos pontifices dicitæ in tẽplis aurum quid facit?

IO.BRI. ¶COxit:tinxit:infecit. ¶ Velus lanã:a uellendo.Nã ante tonsurã inuentã ex ouibus lanæ uellebantur.unde
Vellus etiã lana:siue laniciũ a laniando. ¶ Calabrũ:lanæ calabræ nobilissimæ habebant.Nã circa Terẽtũ oppidũ
Lana Calabriæ Canusiũq; autore Pli.sũmam nobilitatẽ habent.Vnde Varro scribit Tarẽtinas oues pellibus in-
Murex tegi ne lana inquinet:quo minus uel infici recte possit uellus:uel lauari ac parari. ¶ Murice.i.purpura:genus
enim est conchilii:ex quo liquor elicitur tingendis expetitus uestibus purpuræ haud quaq̃ dissimilis.Pli.audi
mus iã & bibentiũ uellera:purpura:cocco conchilio sesquipedalibus libris infecta:uelut illa sic nasci cogen
te luxuria. ¶ Vitiato:qa cũ laniciũ inficit alienũ colorem uitiat.Verg.Discet mẽtiri lana colores. Hora.Sed
Bacca mala tollet anum uitiato molle cicuta . ¶ Baccam.i.margaritã.Hora.Nec sit marita q̃ rotundioribus onu-
sta baccis ambulet.Baccas pprie dicimus fructus lauri.Fructus oliuæ:corni.Loti quã fabã syriacã uocant:
Acina myrthi:Lentisci:similiũq;.Acinos uero siue acina fructus minutiores arboꝝ fruti cũue densius nascẽtes no-
minamus:cũ baccæ dispersius & rarius:inter acinos igit numerant Vuæ grana:Hederæ grana:Sambuci gra
na:Ebuli grana:Malipunici grana & moꝝ:& quicqd his sile:Supra hæc aũt poma dñr duntaxat qbus uesci
Poma mur.Cerasũ & prunũ & mespilũ poma.non acini neq; baccæ noiantur.Glans in numeꝝ istoꝝ nõ uenit : sil-
Glans uestris.n.& pastio pecoꝝ est:Castanea in nuces refertur.Vnde Verg.Castaneasq; nuces. sicut pinus : corylus
Nuces siue a loco:auellana:amigdalus:inglans:& si qua his similia nõ poma dñt:sed nuces . Nonnunq̃ tamen acini
Conchæ & baccæ indifferenter ponuntur:ut Verg.Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentẽ. ¶ Conchæ.i.unionũ ma
margariti tris.Margariti feræ.n.conchæ origo atq; genitura haud multũ ostreatoꝝ conchis differens: Has ubi genita
feræ lis anni stimulauerit hora:pandentes sese quadã oscitatione impleri rosido conceptu tradunt:grauidas po-
stea eniti partũq; conchaꝝ esse margaritas pro qualitate roris accepti.Si purus influxerit candorẽ conspicie
si uero turbidos & fœtum sordescere.Indicus maxime hoc mittit occeanus.Laudantur præcipue circa Ara-
biam in persico sinu maris rubri.Rasisse:auellisse:sic.n.autore Pli.Conchis aderescunt:ut iis nisi lima auelli
nõ queant. ¶ Stringere uenas.s.m.c.d.p.i.Aurũ ut scri.Pli.tribus modis inuenitur:fluminũ ramentis: nec ul-
lum absolutius auꝝ est:ut cursũ ipso tritũq; propolitum.Alio modo puteoꝝ scrobibus effodit: aut in ruina
montiũ.Quod puteis foditur canalitiũ uocant.Quod effossum est tundit:lauat:urit:mollitur in farinã: quæ
deinde igni excocta in massas redigitur.Sensus est.Aurũ quoq; ex uenis terræ petitũ esse.Hocq; inuidiose in
1. tempora sua:quibus auri in tñ luxuria adoleuit:ut autore Pli. fibulæ tribunitiæ ex auro bestarent mulieꝝ
quoq; pedibus subiicerent:atq; in oibus obscœnis desideriis usurpatũ fuerit.Stringere:in unũ conflare: un-
de autore Plinio Strigiles hispania uocat auri paruulas massas ꝙ super oia solũ in massa aramẽto capitur.
¶ Venas.i.aurũ:quod per terræ siue marmoris uenas colligit. ¶ Feruentis:quæ dum tundit feruescit . ¶ De
crudo pulnere:qui nundũ excoctus est. ¶ Dicite pontifices in sacris quid facit aurum? ostendit poeta super-
uacuum esse aurea uasa templis inferri:quod nõ sanctitatis sed auaritiæ sit instrumẽtũ:unde infert satius eẽ
deo:quẽ recte collas inferre pro munere. ¶ Cõpositũ ius fasq;:nimi sanctosq; recessus Mentis:& incoctũ ge-
Põtifices neroso pectus honesto. ¶ Pontifices.Varro scribit deos esse a ponte sublicio:quẽ supra tyberim primũ fece-
runt:& sæpe restituerunt , Maximũ aũt dictũ esse pontificem scribit Festus ꝙ maximus reꝝ quæ ad sacra &
religionẽ pertinẽt iudex sit iudexq; cõtumaciæ priuatoꝝ magistratumq;. ¶ Donatæ a uirgine pupæ: euellæ
uirginitati renunciantes pupas in templis.Veneri dedicabant:quemadmodũ pueri excedentes pueritia apud
Pupæ lares.i.deos familiares bulam suspendebant:unde Persius:Bullaq; succinctis laribus donata pependit. ¶ Pu
pæ:imagines puellares quæ in delitiis sunt puellarum:nomẽ ductum a pupa qui puellam:& pupum puerum
appellabant.Varro autore Nonio:Mammam lactis suggentem poscere pupum.

BART. FON. ¶VITiato murice.Muricis piscis liquore lanæ in purpuream tingebantur . ¶ Hæc baccam conche rasisse:
Margaritas dicit:quæ rotundæ in mortem baccarum sunt:& e conchis piscibus extrahuntur. Quoniam ne-
ro in concha gemmæ:semper sunt:neq; unquam indiscretæ reperiuntur: propterea a Romanis ut scribit Pli
nius:Vnionum nomen illis est inditum. ¶ Et stringere uenas.Aurum & argentum significat quod terræ uenis
effossum,fusumq; lauatur uritur & mollitur . ¶ Peccat & hæc peccat.Sacris non initiati peccant huiusmodi
luxuriç seruientes:sed ex ea tamen aliquam utilitatem percipiunt:quia gemmis auro purpuraq; utuntur.At
vos sacerdotes dicite quid aurea dona in templis prosint Nempe hoc quod veneri donatæ a virginæ pupæ.
Ipsemet interrogationi sue respondens:idem quod puellarum ludicra facere in templo aurũ assueuerat. Est
vero pupa puellula:& pupus puer paruulus.De pupa Ausonius in bissula.Barbara quæ latias vincis alum-
na pupas.De pupo Varro apud Marcellum.Mammam lactis surgentem poscere pupum. Sed a similitudine
pupa quoque paruula puellaris imago dicitur . Varro in originibus . Itaque breui tempore magna pars in
desiderium puparum & sigillorum ueniebat.Moris autem fuit ueterum puellarum paruula quædam puella
ria simulacra ex linteo insuere: deinde tormento infarcire:uestibus amicire.Has uirgines pueritiam egressę.
Veneri tanq̃ uirginitatis suæ insignia condonabãt:ut faustum fœlixq; futurum matrimonium cederet . Ve-
neri ab Ioue maturæ uirginum ætatis:nuptiarumq; cura.Diodoro autore concessa est.

IO.BAP.
PLAV.
Pupæ

¶Quin damus id.deos pietate:& pura mente ad uota hoium exaudiéda moueri:nō aūt donis:aut multiiuga uictimarū. Cæsarū feric ondit:q neq3 imortalibus grata eē pñt:qa fragilia:neq3 usui expitibus corpoꝝ:quia hæc ad usum corpoꝝ data sunt.& est sensus.Cū aurū:argētum:cōtaminatā supstitionē:uictimarūq3 multitudinē a diis nō expeti uideamus:cur illis mentē purā:honestatē uitæ:morūq3 sanctitudinē:q uitiosi offerre nequeūt nō exhibemus nā qđ aut digitis fit:aut extra hoiem est sacrificium ueꝝ nō est.nec qd ex arca:sed quod ex corde pfertur:nō qd manu:sed qd mēte libatur:hæc acceptabilis uictima est:quā de se ipso aius imolat:

Quin damus id supis:de magna qđ dare lance
Non possit:magni messalæ lippa propago.
Compositum ius fasq3 animi sanctosq3 recessus
Mentis.& incoctum generoso pectus honesto
Hæc cedo ut admoueā templis:& farre libato.

Exorabiles dii
Lances
Aristophorum
Mazonomum
Lenticula

& si Homerus dixerit.Exorabiles cōuertibilesq3 & dii sunt:& hos qdem sacrificiis:uotis:libatiōibus & hoies cū peccauerūt pcibus uertūt.¶ Magna lance.i.de suis magnis diuitiis:sunt aūt lances uasa lata:& rotūda:qbus caro tā tosta:q̄ elixa:cæteraq3 ædulia cōdiuntur:mensæq3 inferūtur.apud Martialem cōmēdantur Chrysendetæ ex auro cū fierēt:ut nūc ēt ex argento Argirenditæ.Inter lances hñt Aristophoꝝ:Magidæ:Discus.Mazonomū:quoꝝ Pli.Sestus.Acron.M.Varro.Ora.Fenestella cæteri meminerūt.Apu.Cœnarūq3 reliqs discus ornatus:uñ Discophorus dictus:q in disco in mēsam prandiū infert.¶ Lenticula uasis genus est a figura dictū(ut ait Pli.)& meminit Celsus:uideturq3 esse id qd discos appellaẗ Dioscoridi.¶ Lippa pgago.uitiosa pgentes:qđ est corporis ad aium:ut moris eius est transfert.sic Ora.Crispini scrinia lippi.¶ Magni Messallæ.diuitis:& potētis:& illum taxat.Familia aūt Messallaꝝ florētissima fuit Romę denoiata hoc noie a Valerio coruino:q Messanā in sicilia uicit:a qua Messalla cognominatus est(ut Sene.docet ad Pauli.) uñ dixit Ouidius in fastis.Hūc numidæ faciunt:illū Messana supbū Messallā coruinum inter Oratores laudat Quin.in.x.quē Tyberiū in orone latina secutū fuisse apud Suet.lectitauimus.huius meminit & Eusebius in libro tēpoꝝ:q ante biēnium:q̄ morereẗ.Ita memoriā:ac sensum amisit:ut uix pauca uerba coniungeret:ad extremū ulcere illi circa sanā spinā nato inedia se affecit anno.lxx.ætatis.de hoc nequaq̄ itelligemus:cū fuerit pbissimus:sed de Massallino cotta:q in luxū gulæ palmas pedū ex anseribus torrere:atq3 patinis cū gallinaceoꝝ cristis cōdire reperit.auctor Pli.hic fuit ditissimus:& ut ondit Epigrāmatista ædes habuit cū Licini domo decertātes.¶ Cōpositū ius fasq3.i.diuina:& humana iura simul collocata:nā ad bene:beateq3 uiuēdū nō sufficit diuina sine humanis:aut humana sine diuinis obseruare.Ius cuius pcepta refert Iustin.i prio inst. ad hoies:fas uero ad religionē pertinet.Auctor Ser.Ius est ptoriū:& coqnum:hinc amphibolon illud exit a M.T.Ego quoq3 iure fauebo.M.Varro sic hosce pisces nemo coquus in ius uocare audet decenter dixit in iii.de re rust.ȝωμοσ dr̄ ius:unde ȝωμοποιοσ dictus coquus Lucia.ȝωμουσ υχθυσ γαρω και ελαιω τακτισμενουσ.i.iura pisces garo oleoq3 profusos.¶ Sanctosq3 re.castas:icorruptas:inuiolatas mentis:q(ut inquit Lactā.)dei ueꝝ est tēplū:& ai ptes itimas:& penetrales.M.T.in legibus(ut supra ēt relatū est)ita pcipit ad diuos adeūto caste:q lex iubet:ut castimoniā corpis siẗ:& ai adhibeamus in euāgelio cū scriptū sit.Sūt Eunuchi q seipsos castrarūt pp regna cœloꝝ.Origenes ille magr̄ ecclesiæ icōparabilis seipm castrauit:& in semetipso re aggressus ē iplere:qd uox dñica nō hystorico:sed mystico intellectu pcipiebat.¶ Et pectus in coctum ualde coctū:purū:sinceꝝ:ab oi mala cogitatiōe seqstratū:pfectū:defecatū.Nihil.n.quietius:nihil purius:nihil deniq3 pulchrius ea mēte esse debet:q in dei habitaculū pparanda est inqt Hierony.alias nō coctū Plau.Quicqd ē incoctū nō exprimit.In.n.aliqñ auctiua:aliqñ στερητικα pticula est:uñ illā priuatoriā syllabā uocat Boetius in.iiii.Topi.de qua alibi plura.¶ Generoso ho.i.natiua & genuina honestate.¶ Hæc cedo ut admoueā sensus ē:si supradicta bonos.s.mores:pbitatem:& mētem rectā ad tēpla deos oraturus attuleris:oium uotoꝝ cōpos efficieris:dii.n.nō dona:nō uictimas pigues:sed adorātiū mētes.atq3 aium purū:hominisq3 inocentiā desiderāt:quā qs obtulerit deo satis pie:religioseq3 litauit:auctor Lactātius.hinc uere cecinit Oratius in.iii.car.Immunis arā si tetigit manus nō sumptuosa blandior hostia Mollibit auersos penates farre pio:& saliēte mica.¶ Farre.Numa Pōpi.istituit deos fruge colere:ut mola salsa supplicare:atq3 far torrere:statuitq3 nō eē puꝝ ad rē diuinā nisi tostū.Auctor Pli.cui facit fidē id:qđ legimus apud Suet.q Vitellius iter altaria ibidē statim uiscus:& farra pene rapta e foco māderet Intelligit aūt molam salsam:q aqua:farre:& sale fiebat:auctores Valerius & Var.Seruio fit ex horna fruge:& horno sale.¶ Litabo.facto sacrificio numen placabo.hoc.n.significat litare(ut scribunt Macrobius:& Marcellus.)

Ius
ȝωμοποιοσ
Mēs ueꝝ dei tēplū
Origenes se castrauit
Incoctum
Mola salsa

¶Quin damus id superis:de magna qđ dare lance Nō possit:magni Messalæ lippa pgago:feramus inqt ad tēplū cōsciētiā bonā & sic fiet:ut mola salsa litantes exaudiāt dii:qd pōt & paup:qd genus sacrificii nō locupletibus tm̄:sed maxie paupibus facile est:p Messalæ aūt pgaginē eoꝝ uult accipi:q nō puta cōscientia diis sacrificāt.Hic aūt Cottā Messalinū dicit q tā uitiosos oculos insenecta habuit:ut palpebræ eius in exteriorem ptē uerterenẗ.Fuit.n.& multis deditus uiciis:hic ab Aurelio Cotta adoptatus Marcus Aurelius maxius nocabaẗ.originē trahēs ab Aurelio Messala q cōsul fuit:q cū a quodā gallo ad monomachiam puocaretur:ad p̄lium coruus super galeam insuper eius caput sedit:& coruinus appellatus est hoste uicto.¶ Compositū ius fasq3 ai sanctosq3 recessus.Honestam cogitationē secretā:& percōpositā in a io:& secretas cogitationes:& sanctas:& honesti tenacitatē erui nō pñt cū uirtutes seminat:quas siqs frequētat ullis uictimis:sed farre imō deos placat & discretas cogitatiōes honestatēq3 senectam significat.Nā q q̄rit inqt iustus & inocēs & fidelis eē per hæc honestus hr̄:& ēt thure placabit deos.¶ Et incoctū generoso pectus honesto:incoctum.i.ualde coctū ac maturitate ai & honestate plenū:gñosi dnt q propitio igenio nascuntur:& iō beniuoli & honesti.¶ Hoc cedo ut admoneā tēplis & farre libato.Hinc quoq3 sensus ab Horatio sumptus est.¶ Immunis arā si tetigit manus:nō sumptosa his blandior moliuit auersus pœnates farre pro & saliente mica.

CORN.
Lippi
Messala
Palpebrę
Marc⁹ aureli⁹ cōsul
Mica

¶Quin damus id superis:docet deoꝝ mētē:ut scribit Cicero pro.A.Cluentio:pietate & religione & iustis præcibus nō cōtaminata superstitione neq3 ad scelus perficiendum cæsis hostiis placādā eē.¶ Quin:hæc particula increpātis est:sempq3 indicatiuo cōiungiẗ.Verg.Quin tu aliqd saliē potius quoꝝ indiget usus.Viminibus mollisq3 paras detexere iunco:¶ De magna.q.d.L.Messalinum Cotta Messalæ oratoris filium more satyrico per transitum notat qui in luxum gulæ:ut scribit Pli.palmas pedum ex auseribus torrere:atq3 patinis

IOAN.
FRI.
Messalin⁹ Cotta

cum gallinaceorum cristis condite reperit. Sensus est. superi ea te nobis placandi sunt: quã de se Messalinus præstare non potest. hoc est: non opimis uictimarum sacrificiis. quæ tantum Messalinus: ut diues dare potest sed mente dura: & corde sincero cum non opimas hostias: sed puram hominum mentem diuina maiestas desideret. ⁋ De magna lance idest diuite. ⁋ Magni Messalæ: oratoris q magnificas habuit ædes: quæ cum domo Licini certabant. Martialis. Et cum rupta situ messalæ saxa iacebant. Altaq; cum licini marmora puluis erunt. Lippa propago: lippi proprie dicuntur quibus oculi stillant. sed a poetis pro uitiosis ponuntur: id ad animum: quod corporis est transferendo. Hor. Crispini scrinia lippi. Persius alibi: Patres infundere lippos: Cum uideas: Compositum iusq; fasq;: &. i. ita uiuas: ut nihil contra leges humanas diuinasq; cõmittatur. Iuris enim præcepta sunt hæc honeste uiuere: nemini iniuriam facere: quibuscunq; si possumus prodesse. Fas uero dicimus quicquid dii permittunt: nec cum fit irascuntur. Ergo ius humanũ: fas diuinũ dicimus. Verg. Sæpe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. ⁋ Compositũ ius fasq;. i. leges diuinas & humanas simul: ut sit compositum simul utrunq; positum. Sicq; monet non satis esse ad bene beateq; uiuendum: alterum sine altero præstari. ⁋ Animi sanctosq; re. mi. i. nihil turpe in animis nostris cogitemus: per quod ostẽdit a nobis facile deos placari posse. si & opere: & cogitatione recte uixerimus. ⁋ Sanctos recessus: puras & sanctas sedes mentis. ⁋ Pectus incoctum: perfectum. Sic enim uocabant antiqui: ut dictum est: aliquid longi temporis coctum quasi perfectum. ut est illud Vergilianum. Solidum nodis & robore cocto: sumptum ab his rebus quæ igni excoctæ: quod in se habent cruditatis: deponunt: sicq; mites: & perfectæ fiunt. ⁋ Generoso honesto: naturali honestate. ⁋ Hæc cedo ut admoueam templis: & farre libato. Sensus est: si hæc quæ dixi præstiteris: sola quidem mola Dii placabuntur: idest facile tibi obsequentur: & preces tuas exaudient. ⁋ Cedo: uerbum est defectiuum apud comicos celebre: idest da Terentius. Quin tu argentum cedo. ⁋ Farre: idest mola: quæ sale: & farre tosto constabat.

Lippi

Cedo

BART. FON. ⁋ Quin damus ut superis: honestatem uitæ morumq; sanctitatem: non aurum aut argentum superis largiẽdum hortatur. ⁋ De magna lance: lances uasa lata sunt: & aliquantulum concaua: minus tamen excaua q̃ patinæ. ⁋ Magni Messalæ lippa propago: messalarum familia Romæ clara: & illustris fuit. Messalinum autẽ Cottam prædiuitem uirum intelligit: cuius in lippitudinem satyrico more inuehitur: oculorum uitum ad animi auaritiam referens. ⁋ Hæc cedo ut admoueam templis & farre litabo. Fac ut probitatem: & sanctos mores: rectamq; mentem ad templa ferant: & tunc minima quæq; oblatione: quicquid a diis petiero impetrabo: qui non dantium dona: sed mentem atq; animum perscrutantur. Litare autem propriæ deos propitiare ac placare: uotumq; impetrare significat Plautus in penulo. Si hercle istuc unq̃ factum est: tum me Iuppiter faciat: ut semper sacrificem: neq; unq̃ litem.

IO. BAP. PLAV.



Empe hoc assidue. in hac satyra moralitatem quandam: & pcepta saluberrima pferẽti Persius sub alterius persona cõtra desides: & circa bonas disciplinas negligentes inuehit quid fugiendum: sequendũue sit ostendens: monet q ab incunabilis: a tenera ætate literis: & uirtutibus esse incumbendum. optimi. n. sunt ad institutionem morum primi quinq; anni: habent enim in se lentum quiddam & molle quod facile formari queat: atq; ad arbitrium uolentis trahi: & in cunctis fere rebus citius assuescitur omne qđ tenerum: ipsa quoq; literarum studia teneris melius inferuntur ingeniis: qm̃ frustra magistrorum suppetias imploramus: cum sumus in mala ætate. i. in senectute collocati: quæ raro admittit disciplinam iuxta illud Psitacus senex non sentit ferulam: cui subscribit Gregorius sentẽtialiter sic proferens. Canis antiquus cathenæ assuefieri nõ potest. Hoc ut ita somno indulgeas: quem βραχειαν θανατον. i. paruam mortem deffiniuit Aristo. somnum nõ laudari a philosophis: qui genas occuparet: non autem mentem censebat Apollonius. a græcis dicit̃ υπνοσ της υγιεσωματοσ σωτηρια. i. somnus corpis salus existit: quod intelligitur si sit intra modũ: nam supra medium somnus malus est (ut his docet Hippo.) υπνοσ αγρυπνιη αμφοτερα του μετριου μαλλον γενομενα κακον. Home. ανιη και πολυσ υπνοσ. i. tristitia etiam multus somnus. ⁋ Assidue. i. frequẽter. dum adhuc mobilis est ætas: & animus duci facilis exercenda boni cõsuetudo: & iugi meditatione firmãda inqt Hiero. hinc excandescit: & magis indignatur poeta: q hoc: cũ pessimũ sit: frequẽter faciat: uñ post reduci nõ poterit: nã (ut ait. M. Tul.) cõsuetudinis magna est uis: fit. n. tanq̃ natura mos solitus: ut inqt Theoprast. Græci in puerbus a χρισ ισ ετεραφυσισ consuetudo altera natura. Ideoq; Arist. in. vii. Ethic. cõsuetudinẽ inqt mutare difficile est: q naturæ assimilat̃: qđ adeo uerũ est: ut q lõgo tpe in uinculis detẽti fuerint si posterius soluant̃ ob diuturnã uinculorũ cõsuetudinẽ ambulare nequeũt (ut his docet Plut.) ωσπερ γαροι πολλυν χρονον δεθεντων και λυθοιεν υστερον υποτισ πολιχρονιου των δεσμων συνηθειασ ουδυναμενοι βαδιζειν υποσκελιζονται. ⁋ Extẽdit: qa iteruẽtu radiorũ rimę fenestrarũ uident̃ extendi. i. ampliari. ⁋ Angustias ri. strictas fissuras: exiguas tabularũ distan-

Psitac⁹ senex nõ sentit ferulã

Sõnus corporis sal⁹

Cõsuetudinis magna uis



SATYRA TERTIA



Empe hoc assidue. iam clarũ mane fenestras
Intrat: & angustas extẽdit lumine rimas.
Stertimus: indomitum qđ despumat̃ falernũ
Sufficiat: qnta dũ linea tangitur umbra.

tias. Rimam Helenæ pro genitalibus dixit Orat. Plau. uero: & Ambrosius ꝑ occasiuncula posuerũt. ⁋ Stertimus indomitum. sensus est. Tantum est dormiendũ quãtum ad cibi. Viniq; cõcoctionem sufficiat. nam cui stomacho ex indigestione crudum ructatis quiescere in lectulo mane: atq; paululum redormire debet (ut monet Cor. Cel.) & si cõcoquere somno corpulentiæ: q̃ firmitati sit utilius. Ideo athletas uolebant cibos ambulatione perficere. ⁋ Despumare. decoquere: degerere in stomacho. a uino qđ per multam spumam coqui solet ad dulcedinem translatio. Hier. Venter mero æstuans cito despumatur in libidines. ⁋ Falernũ indomitũ. nõ aqua mixtum: uel uix domabile ꝑpter eius uehementiam: aqua enim uix potest domari (ut scribit Ser.) Verg. Durum bacchi indomitumq; falernũ. Luca. Indomitũ meroe cogens spumare falernũ: ideo Iuue. ad natutam eius rettulit dicẽs. Cũ pulmo falerno arderet. Fumosos falernos dixit Tibullus de falerno uino Epigrãm. Sillius. Pli. Varro: cæteri multa tradiderũt adeo: ut nihil notius. ⁋ Quinta dum linea tãgitur &c. Romani sicut ex Martiale patet horas: & dei partes distributas habebant: prima salutantes atq; altera cõtinet hora exercet raucos tertia causidicos in qntam uarios extẽdit roma labores. &cæ. unde magis indignatur: & excãdescit poeta: ꝙ hora labori: & negociis deputata ocieñ. per quintam enim lineã quintã horam intelligo. Apud. n. antiquos erat concha hemicyclea lineis debita ꝑportione distincta cui ꝑlongus ex ære aut ligno baculus soli oppositus supereminebat: & eius umbra in lineas incidens horas ostendebat. Id primũ apud Lacedæmonios Anaximenes milesius excogitauit. dictũq; est ab umbra. Scioteticõ: de quo Victr. σκιοσ. n. dicitur umbra: unde sciurus: sciopodes uiti umbrã teste Philost. & Angu. pedibus sibi faciẽtes: ut scimachia umbratilis pugna apud Tul. i. epis. quo uocabulo utit̃ Cal. medicus apđ græ. i. li. υσ΄τεινων his uerbis μεταβαινειν δ᾽ εκαιροσ τωι τα ταχεια χωρισ ευτονιασ και βιασ δρομοειδεισ ταυτα και σκιαμαχιαι. meminit & Eustathius. M. Var. satyrã unã ex illis suis Menippeis inscripsit (ut sentit Politia.) sed perperã. nã criomachia legendum est (ut hñt codices Gelliani) Quod nos alibi copiose docuimus: sed ad rem & si sciã hæc diuerticula nõ minus esse iocunda: q̃ frugifera: de horologio: & de horarũ obseruatione q̃dam Cẽsorinus. multa Pli. li. ii. & li. vii. nat. hist. legũtur & q̃dam apud hebræos li. regũ. iiii. quæ apud Mart. recitauimus.

Falernum aq̃ nõ domatur

Scioterikon

Sciamachia

Error Politiani

CORN.

NEmpe hoc assidue. i. nunq̃ non assidue hoc facis: nempe enim est nunq̃ nõ in hac satyra in intemperantiam hominũ inuehitur: & ira hesterno uino onerari ut edormire ante quintam horam nõ possint: quam desidiam nunq̃ dicit euitari: & querit̃ subinde eas necti quominus studia celebrẽtur. Ad hoc ergo satyræ principium pertinet: ꝙ philosophi dicunt. Necesse est uitiis sapiẽtem incidere: sed hoc inter sapientem stultũq; interest: ꝙ se uitiis sapiens celerius euellit ibidem menso atq; inuoluto studio: ergo ne is quem Persius culpat in hac satyra: ad excusationẽ sui criminis sapientem quoq; posse aliquotiens uitio detineri. Hoc primum ei poeta exposuit ꝙ is nõ aliqñ: sed assidue uitiis semet tradiderit. Hãc satyram poeta ex Lucilii libro quarto transtulit castigans luxutiam: & nitiem diuitum. Et cum inducit pedagogum obiurgantem scholasticum increpat humanam uitam & dum exprobat omnium notat segnitiem: & inducit enium ex comitibus alium castigantem. ⁋ Iam clarum mane fenestras Intrat: mane nomen est tẽporis non tp̃s. Nam mane quãdo ipsum tempus significat aduerbium est: & uerbo coherẽt: ut mane uenit: & mane fecit: quando autem nomen est epithetum: ut clarum mane uel mane nonum significare dixit non appellato mane: ut uespere fenestras intrat: significat ꝙ prima lux intrat fenestras uel per fenestras lux in lectum intrat. ⁋ Et angustas ostendit lumine rimas. mane. s. uel per rimas fenestrarum se tota lux infundit ut capi non possit. ⁋ Stertimus indomitum: quod despumare falernum: indomitum falernum: idest uinum multæ uirtutis: ut Verg. Et durum bacchi & domitura soporem: & Luminis indomitum mœrore cogens spumare falernum. Sensus autẽ iste ẽ. Iam diu externo sopore deprimimur: ut possint uti qui nimia ebrietate grauati sunt tantum longo somno crapulam uini discutere falerna regio dicitur campania: ubi uina optima nascunt̃: uel uirum tantum dormimus quanto tempori qui falernum bibit concoquere possit & digerere. Vnde crudi indigesti: aut quanto ipsi coquamus falernum an ꝙ sufficiat falerno tempus in nobis despumare: idest deferuescere. ⁋ Quinta dum linea tangitur umbra Dum umbra illinc medii stili qui in horologio est quintam lineã tetigerit ac pro hoc si dicent usq; ad horam quintam.

Quid inter sapiẽtẽ & stultum

Falernum uinum

Crapula
Ebrietas
Cãpania

IOAN.
BRI.

NEmpe hoc assidue: iuuentutis tempoꝝ suoꝝ desidiam: & circa uirtutem negligentiã insectatus: q̃ maiorum: diuitiis autoritateq; contenta bonas artes nõ curat. Monetq; uirtutibus: & disciplinis: dum tenera est ætas uacandum esse: partes suas ad rep̃hendendũ personæ dat introductæ. ⁋ Hoc assidue: legendum est cum indignatione: & reprehensione: & gestu ad iuuandum: subaudi facis ut fit semper quidem stertis: Seqtur enim stertimus. ⁋ Assidue hinc erũpit fremitus poetæ ꝙ hoc assidue faciat. ⁋ Clarum mane. hoc loco mane: quia nomini adiunctum est: nomen efficitur. Verg. Mane nouũ: alias aduerbium est. ⁋ Despumare: concoquere: sumptum a uino: quod per multam spumam coqui solet ad dulcedinem. Lucanus. Indomitum meroe cogens spumare falernum. ⁋ Indomitum: durum difficile coctum. ⁋ Falernum: secundam nobilitatem falerno uino dedit. Augustus cum setinum uinum cunctis prætulisset: dictum: ut tradit Silius Italicus: a falerno agricola: qui primus eas uites coluisse dicitur: ut autem placet Plinı. a falerno agro campaniæ: unde Martialis. Scelus est iugulare falernum. Et dare cãpano toxica sæna mero. Nam falernus ager a ponte campano læua petentibus urbanam coloniam syllanam Capuæ contributã incipit nigri coloris esse. Martialis docet. Candida nigrescant uetulo cristalla falerno: idem alibi. Marmorea fundens nigra falerna manu. ⁋ Quinta dum linea tangitur umbra. hinc indignatur ꝙ ea hora stertat qua in negociis homines maxime exercebantur. Martialis. In quintam uarios extendit Roma labores. ⁋ Vmbra quinta: horarum obseruatio autore Plinio apud Romanos uaria fuit: Duodecim. n. tabulis ortus tm̃: & occasus nominabantur. Post aliquot annos adiectus est: & meridies accẽso cõsulum id ꝑnunciãte: sed hoc serenis tm̃ diebus. Vsq; ad primum punicum bellum. M. Varro. Romanis solatiũ horologium primum statutum in publico secundum rostra in colũna tradit bello punico primo a Marco Valerio Messalla consule carina capta in Sicilia deportatum: inde anno urbis quadringẽtesimo septimo: nec cõgruebãt ad horas eius linẹ. Paruerunt aũt eis annis undecentum. Nubilo tñ est incertæ fuere horæ usq; ad Scipionem Nasicã qui primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum. Idq; horologium clepsidra appellatum est: umbratum rationẽ: quam uocant Gnomonicen inuenit Anaximenes milesius Anaximãdri & Thaletis discipulus: primusq; horologium quod appellatur Scioterikon Lacedæmone ostendit.

Horarum obseruatio

Clepsidra
Gnomonica
Scioterikon

BART. FON.  Empe hoc assidue. In desides & incontinentes inuehit quid fugiendum sequendumq́ꝫ sit ostendens. Quendam autẽ adducit comitis inertiam circa bonarum artium studia reprehendẽtem. Ordo uero est. Nempe tu hoc assidue facis: ut ad multam lucem dormias. ⁋ Indomitum faler: uel aqua nõ dilutum: uel tam uehemẽs ꝙ nix aqua domari possit. Verg. Diuinum bacchi indomitũq́ꝫ falernum. Ager aũt falernus in campania est uino celeberrimus. ⁋ Despumare in stomacho concoquere: ꝙ ab olla in qua carnes elixantur: translatum est. ⁋ Quinta dum linea tangitur umbra: antiqui per umbrã gnomonis orto sole horas in semicirculo spectabãt. in quo duodecim lineæ equis diuisæ spatiis a gnomone discurrebant: prima uero linea ab occidente sole orto in primis adumbrabat: deinde cæteræ singulatim. Verũ cum ad sextam lineam umbra uenerat: meridies erat. Quinta igitur linea iam prope diem medium declinabat: quo tempore canicularibus diebus pecudes umbras: & frigora captant: horologium autẽ primus Anaximenes milesius: & umbrarum in horis diei cognoscendis rationem inuenit.

En quid agis? siccas insana canicula messes
Iam dudũ coqt & patula pecus oẽ sub ulmo est
Vnus ait comitum: uerumne? ocius adsit.
Huc aliquis: nemon? turgescit uitrea bilis:

IO. BAP. PLAV. (Multi ægrotant oriẽte canicula) ⁋ INsana canicula. furẽs uehemẽs: & æstuosa: uel pestifera: nociua: & exitialis canicula: ea. n. oriente multi in ægritudinẽ cadunt. hinc de ea loquẽs dixit Home. λαμπρατατοσ μεν οσ εστι κακον δε τε σιματετυκτε και τε φερει πολλον πυρετον δειλοισι βροτοισι. i. splẽdidissimus aũt hic ẽ: malum aũt signum factũ est: & fert multã febrẽ miseris mortalibus: eius uim describit Pli. li. ii. Oui. li. iiii. fas. græce dr̃ ꝓcyon ꝙ añcedat canis ortũ. Cice. Anticanis ꝓcyon graio q noĩe fertur: locus ẽ apud Pli. emaculãdus in lib. xviii. cap. xxviii. nã ꝓceron loco ꝓcyon passim legit. apparet auctore Col. vii. calen. augu. Sitiens dr̃ ab Oui. ob æstũ. Verg. æstifer. Orat. Caniculæ uitabis æstus. ꝑ uit aũt canis (ut qdã sentiunt) quæ cũ dracone europæ custos data est. Alii neærã erigones eẽ autumãt. Home. uero canẽ orionis eẽ dicit illo uersu ουτεκυν ωριων επικλησιν καλεουσι. ⁋ Siccas messes. tostas. exustas ob solẽ: q in medio die uires suas extẽdere cõsueuit. ⁋ (Coquo) Coquit. maturat. Pli. Aegrescũt sexagenis diebus siti maxime anteq̃ hei coquãtur anno. ⁋ (Bilis) Patula sub ulmo est. hoc & a nostris secundũ de re rust. scribentiũ ꝑcepta fieri obseruauimus: q cũ calor intẽdit pecudes tãtisper sub arboribus cogũt: donec sol decidens crescẽtes duplicet umbras: & aer exæstuãs refrigeret: ut rursus pascãt ad solis occasum. Verg. Hũc ẽt pecudes umbras: & frigora captãt. Idẽ testatur Calphur. in buco. ⁋ Vnus ait comitũ. hucusq́ꝫ tẽdit hij baton hoc ordine. Vnus comitũ ait nẽpe hoc assidue: ut sit sensus unus comes supradicta desidioso locutus est. & intelligo pedagogum: q inter comites annumeratur (ut est apd iuriscõsul.) Verũne. a deside castigato: cui studere torqueri est (ut ingt Seneca) interrogatiue hæc ꝓferuntur: q tã clarũ eẽ mane indignatus quẽpiã ex seruis suis ad se uocat. ⁋ Nemon. cũ stomacho: & indignatione legẽdũ. Irascit. n. neminẽ sibi ex seruis esto accurrisse: & est Oratii æmulatio. apud quẽ sic legitur. Nemon oleũ fert ocius. Illud imprimis notãdũ desidis naturã a Persio ingeniose simul & eleganter designari: ea. n. magno ĩpetu icipit: deinde desinit ante tp̃s fatigata auctor Seneca. Turgescit uitrea bilis. poetæ: uel admonẽtis uerba: q illum indignari demõstrat: & eius ad uirtutẽ diligẽtiã deridet: quẽ minime duraturã nõ ignorat. ⁋ Bilis uitrea. alba: splẽdida: lucida: coloris uitrei iuxta illud Oratii. Splẽdida bilis: q ẽt uitreũ põium a splẽdore noiauit. alii exponũt tumidã: inflatã ut uitrũ: qm̃ ꝓcessit turgescit: & uitrũ aliud flatur: aliud torno teritur. aliud argenti mõ celatur: sed prior placet. Hyalon græci uocant. Gallienus imꝑator asꝑnatus est calices uitreos dicens nil uitro cõmunius. Hyalurgus dicitur uitrearius: q uasa format ex uitro. de bile: & eius generibus scripsimus supra: & copiose disertãt. Albertus mag. Galenus. Plato. cæteri. Hæc ut memorat Pli. ex felle est: & magnũ in hac pte uitius: hinc & in mores crimẽ bilis noie cũ se fundit in aium. de uarietate: effectuq́ꝫ multiplici atræ bilis luculentum ꝓblema est apud Arist.

CORN. ⁋ EN quid agis: Vnum ex comitibus inducit castigantem nimiam dormientis desidiam: & dicẽtem qui cũ diu dormis: tum meridianus æstus corperit ⁋ Siccas insana canicula messes. Iam dudum coquit canicula ardentissimam sidus: quã ideo insanam ait ꝙ sub ortu eius ægrotẽt multi: aut certe insanam nimiam Verg. insanã ait. ⁋ Et patula pecus omne sub ulmo est. idest iam meridianæ sunt horæ in quibus in frequẽtissimo sole tractæ segetes maturescunt: & pecora nemoris umbras inquirunt ut Vergilius. Nunc & pecudes umbras & frigora captant. ⁋ Vnus ait comitum. Ordo est. Hem quid agis unus ait comitum dormienti. ⁋ Verumne? itane: personam inducit interrogantis: an ueræ meridianæ horæ sint. ⁋ Ocius adsit huc aliquis. Surgentis de somno uerba sunt uel uocantis famulos. & quod tarde respondeant irascentis: & clamantis pueros. & irascẽtis ꝙ tardius clamati respondeant. ⁋ Turgescit uitrea bilis: idest ira uirilis perspicua ꝙ iratus intelligitur ex uultu iratus uirides: & pallidos facit homines uitrea ꝙ cito apparet.

IOAN. BRI. (Canicula) ⁋ EN quid agis? alia increpatio in desidem. ⁋ Siccas messes: idest ea hora ẽ diei: qua i agro segetes calori solis torrentur: & tu dormis: sicq́ꝫ cum indignatiõe: & repræhẽsiõe legendũ est. ⁋ Insana canicula: caniculæ: ut scribit Plinius exortu solis uapores incendunt: feruent maria: fluctuant in cellis uina: mouentur stagna: & canes autore Plinio toto eo spacio maxime in rabiem agũtur: unde insanam dixit: idest nõ salutiferam caniculæ syderi frugibus: ut scribit Varro: inimico rufæ canes immolabãtur: ut fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Inter solstitium & caniculam: eodem autore plærisq́ꝫ messem faciũt. ⁋ Coquit: maturat. ⁋ Patula pecus omne sub ulmo: circiter enim meridianos æstus pastores oues dum deferuescant sub umbriferas rupes: & arbores patulas subiiciunt: quoad refrigerato ære uespertino rursus pascant ad solis occasum. ⁋ Vnus ait comitũ: hoc cum superioribus cõiungitur: ut sit sensus. ⁋ Vnus comitum dixit: quæ præcesserũt desidioso. ⁋ Verumne: uerba desidis: subaudi est ut sit. Verũne est ita diem eẽ. ⁋ Ocius adsit huc aliqs: argute satisq́ꝫ lepide desidis: naturam expssit qui repentino impetu ferri uidetur cũ eũ statim laboris tedeat. ⁋ Nemon: æmulatio est Horatii Nemon oleum fert ocius: & ea uoce legendum qua irati inclamãt. ⁋ Turgescit uitrea bilis: uerba poetæ irridentis tam subitum ad uirtutem apparatum quem celerrime sit defecturum. ⁋ Vitrea an inflata & tumida: ut uitrium quod ab artifice fistula inflatur: ut ideo uitrea dixerit: quia turgescit præcesserit. An quod magis placet: lucida & clara quæ hominẽ omnia effundere: & aperire: unde Horatius dixit. Splendida bilis. ⁋ Bili: unde bilosus uomitus dicitur.

EN quid agis? cum superiori castigatione correptus nondum surgeret grauius instat: atq; repræhendit q tum maxime stertat: cum magna pars lucis peracta sit. En uero demonstrantis cum indignatione: & castigatione est. Iuuena. En habitum quo te leges ac iura ferentem. Insana canicula: furens per æstũ: quale apud Horatium. Iam procynon matutino æstuosus: quod sydus apud romanos non habet nomen: nisi caniculam hanc uelimus intelligi: hoc est minorem canem. Duo uero canes in cœlo sunt: maior & minor. Sed canem dicendo maiorem intelligimus. Minor enim canis canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atq; occasu canem pcedit: inde a græcis procynon appellatur: pro enim ante: cynos uero canem significat. Ardentissimo autem æstatis tempore canicula oritur decimoseptimo Iulii die: sole primam leonis partẽ ingrediente. Canis uero postridie: sole primam partẽ leonis ingresso. Verũne? Verba castigati adolescẽtis q tam clamane fit indignatus: & aliquẽ seruorum ad se uocantis. Nemon: separatim cũ stomacho acri sono uocis legẽdum est. Indignat enim nõ præsto ex seruis aliquẽ accurrisse. Turgescit uitrea bilis: uel admonẽtis uel Persii uerba sunt: illũ irasci demõstrantis. Bilis enim q̃q̃ proprie corporis humor est: ex cuius abundantia morbus nascit: q tñ animus q̃nq; corporis inclinatiõem sequitur ad mores iracũdiamq; trãsfertur. Plinius libro undecimo. Sed in felle nigro insaniæ causa homini: morsq; toto reddito. Hinc & in mores crimen bilis nomine: adeo magnũ est in hac parte uirtus cum se fundit in animum.

BART.
FON.

Finditur: arcadiæ pecuaria rudere credas
Iam liber & positis bicolor membrana capillis
Inq; manus chartæ: nodosaq; uenit arundo
Tũc querit crassus calamo qd pẽdeat humor
Nigre quod infusa uanescat sepia lympha
Dilutas queritur geminet quod fistula guttas
O miser inq; dies ultra miser: huccine rerum
Venimus? at cur non potius teneroq; palũbo
Et similis regum pueris papare minutum
Poscis? & iratus mammæ lallare recusas?

tibus pupillis accenduntur:unde dixit Plau.in menech. Vt oculi scintillant uide:cuius carmen paulo supra
mendosum est.nam ibi niere legitur:cum uirere & scribendum sit:& legendum.¶ Dicisq; facisq;.ordo est.di
cisq; facisq;: ꝙ ipse Orestes non sanus iuret non esse hominis sani.est autem sensus.stulti nedum sapientes: q̄
a te fiunt ad hominem mentecaptum pertinere iudicarent:& ita eum ob uitia superior insania animi morbo
grauissimo correptum esse demonstrat:cui mors sola medetur(ut inquit Phalaris)scribens ad Alcibonum
σωματοσ μενγαρ αρρωστιαν αυται τεχνη. ψυχησ δε νοσημα ιατροσ ιαται θανατοσ.i.aduersam enim
corporis ualetudinem ars sanat:ai aūt morbo sola mors medet̄:fuit aūt Orestes filius Agamēnonis:& clytē
nestræ:quā in ultionē necis p̄ris cū occidisset confestim in furorem deuenit:cum uideretur sibi occisæ ma-
tris imminere imaginem cum facibus:& serpentibus armatā:& ei continuum minitantem exitium.unde Ver
gi.lib.iiii.ænei.Aut Agamēnonius furiis agitatus Orestes armatam facibus matrē:& serpētibus atris Quū
fugit ultricesq; sedent in limine diræ.huius furoris meminit Cor.celsus lib.iii.in taurica tandem ab Iphige-
nia sorore liberatus est:de quo Naso lib.iii.de ponto.Memoriæ proditum est Orestiadem orā ab oreste oc- Oresticū
cupatam:nominatamq; fuisse cum cesa matre exul ꝓfugeret:cūq; oppidum condidisset argos oresticum de oppidum
suo nomine uocasse.Refert Lamprid.quod scitu dignum est.Orestem purificasse se apud tria flumina circa
hebrum:& orestam urbem condidisse:quam sæpe cruentari hominum sanguine necesse esset:quā postea Ha
drianus hadrianapolin nominauit.Probus uero scri.Orestem post matricidium ex responso didicisse:ꝙ de-
poneret furorem si ablueretur flumine:quod septem fluminibus confunderetur.Itaq; diu uexatus tandem
purgatus est matris nece in agro rhegino apud flumen:cui septem fluuii miscentur:cui rei meminit Varro
li.x.rerum humanarum.dicitur Orestes quia τοοροσ τοσ dicitur mons:eius.n.cadauer(ut de homine scri.
Solinus)inuētum est cubitorum septem:& Herodo.homo teste Gellio fabulator in primo hist.tradidit. uel Vñ dicit̄
quia immanis fuit moribus(ut sentit Eusebius de preparat.euangelica.) orestes
¶ Catino duorum olus & populi cribro discussa farina.¶ Tentemus fauces tenero latet ulcus in ore.¶ Pu- CORN.
tre quod aut deceat plæ.ra.beta:ad illum dicit sese mollicieí dedicauerat frugis quæ non possit os tuum de Catinus
licatum cibos durissimos transglutire & panem non delitioso cribro discussum:sed plæbeio de populo an- Cribrum
nona.i.fiscale:sed frustra h̄ singulis:alia.n.sunt animi tui uitia uel ulcera q̄ non possunt leuibus purgari re- Vlcus
mediis.Est alteri sensus non leuibus aut popularibus cibis tui fastidii ulcera possunt ꝑgari:hoc est quod ait
plæbeia radere beta.¶ Radere:autem ait obstergere:ut hoc pa.q̄ gal.ter palato algente catino nō frigidū
pulmentarium habente:sed misero ægestuoso quales qui sunt algent positum est in catinis posita est farina Farina
non.s.in catino.farinam nunc panem dicit:ꝙ hunc fingit gregalem & plæbeium esse positum.hoc uelit fin-
gamus apponi tibi qui consueuisti elegantius uiuere.¶ Tentemus fauces:inuitantis uerba tenero allegori
cos non oporteat quod impatiens sit radere hic exaspare dicit uulgus.¶ Alges cum excussit timor membris
albus aristas.Nunc face supposita feruescit sanguis & ira Scintillant oculi:dicisq; facisq;:quod ipse Nō sani
esse ho'is nō sanus iuret orestes:addicitur etiam ꝙ ista ullitas tunc mentis te furiosum facit siquidē mō frigo Aristæ
re.i.timore tremebūdus efficeris & pilos erigis.¶ Aristas.n.ꝓ pilis posuit mō in ira calefacto sanguine comi
taris & ea dicis & facis:ut ēt ipsis furiosis furiosi uideant̄.¶ Timor a.pallidus dic̄ eo ꝙ timor hoies pallidos Timor
faciat sic̄ pallida mors ęquo pulsat pede.¶ Scintillāt oc.nimio calore iflāmāt̄:& cū times frigore horrescis.
¶ Durum olus : olera dicuntur quæ in horto nascuntur:ab alendo:inter olera.Celsus cōnumerat ēt rapas. IO. BRI.
Catino uas est escantium.¶ Cribro:instrumentum est:quo farina decutitur & purgatur:ex setis equinis fie- Cribrum
ri consueuit:id etiam apud nationes orientales ex serico conficitur.¶ Populi.q.d.utuntur plæbei & paupe-
res.¶ Tentemus fauces:subaudi si medicus dicet.¶ Tenero latet ulcus in ore : uerba ægroti:possunt etiā
esse poetæ irridentis eius amentiam qui ira animi affectibus obtēperat:ut modo sanitatem mō ualitudinem
corporis præ se ferat.¶ Radere.tangere.¶ Plebeia:qua pauperes uescuntur.¶ Alges : legendum est in se-
cunda persona non in tertia : quod indicant sequentia. ¶ Dicisq; facisq;. ¶ Alges.febricitas quidem ut fit
sensus:morbo quidem acri uexaberis:sed rationis oblitus ita in irām oblata leui occasiōe effunderis:ut de
lirus esse uideare.¶ Tremor albus.febris ab eo quod ꝓcedit id qđ sequit̄:nā febrē sequit̄ tremor. ¶ Albus
pallidus ut supra atq; albo uentre lauatur.¶ Aristas:metaphoricos pilos:nā aristæ proprie sunt aculei spi Aristæ
carum dictæ qđ cito arescant.¶ Face supposita:materia iracundiæ.¶ Scintillant oculi:expræssio irati.¶ Di-
cisq; facis facisq; quod ipse non sani esse hois:nō sanus iuret orestes:ordo est dicis & facis quod ipse orestes:
non sanus iuret esse hominis:nō sani.¶ Ipse emphasis.i.qui ratione prorsus caret.¶ Orestes:Agamēnōis my Orestes
cœnarum regis filius fuit & Clytemnestræ:qui cum patrem a bello iliaco reuersurum ab ægisto adultero &
Clytēnestra interfectum cognouisset:seq; ab eisdem in mortem uocari capta opportunitate ægistū & matrē
necauit.Cuius patricidii Areopagitaꝝ iudicium subire coactus uariatis(ut scribit Cice.in oratiōe pro Mi-
lone sententiis)absolutus fuit.Cæteꝝ cōscientia gestoꝝ exagitatus in insaniam & furias uersus uidere sibi
uidebatur matrem se ardentibus facibus & serpētibus atris insequētem.Vnde Verg.Armatam facibus ma-
trem & serpētibus atris.Cum fugit:ultricesq; sedent in limine diræ.Pacuuius.Orestem inducit monitu Py-
ladis ut furias uitaret apollinis templum ingressum:& cum inde exire uellet ei furias occurrisse ad quod re
spexit.Verg.Vltricesq; sedent in limire diræ:nota est historia.
¶ Et populi cribro decussa farina.Plæbei ac tenues non ex molli filigine facto:sed pane secundario utebā- BAR.
tur qui enim pauperes sunt:rarioribus cribris utuntur:quo plus panis & furfuris minus conficiatur.Cribro FON.
rum autem genera plura sunt galliæ enim auctore Pli.setis equorum inuenere.Hispania lino excussoria &
polinaria:ægyptus e papyro atq; iunco:farinam uero a farre denominatam nomine ipso apparet.¶ Tene-
ro latet ulcus in ore:gulositatem eius ostendit:quæ non nisi lautis cibis expleri possit:ulcus uero causa est:
& tecta intra cutem malignitas.¶ Alges:cum metu pecuniarū uel libidinis afficeris tunc frigescit.¶ Timor
albus:pallidus ab effectu:timor enim pallorem introducit cum ab exterioribus partibus ad præcordia san
guis recurrat.¶ Aristas:pilos qui in gumano corpore uelut Aristæ in grano sunt.Arista enim ut acus tenuis
longa eminet e gluma:atq; ut Varro.i.de re rusti.lib.placet:dicta est quod arescit prima granum gerendo.
Excussit uero quasi excutiendo erexit:ut steteruntq; comæ & uox faucibus hæsit apud.Verg.Nunc face sup-
posita feruescit sanguis adolescentem irritatum atq; ira commotum significat.¶ Dicisq; facisq;:eum quoq;
ob superiora uitia insanire ostendit.



SATYRA QVARTA



Em populi tractas: barbatũ
hoc crede magistrum,
Dicere: sorbitio tollit quem
dira cicutæ
Quo fretus? dic hoc magni
pupillæ pericli

IO. BAP. PLAV.



Em populi tractas: homo considera inquit Epictetus primo qua nã: aut qualis sit ea res: quã aggredieris deinde naturã tuã consule utrũ id tollerai e possis: nouissimum est illud γνωθι σεαυτον i. cognoscere teipm: cuius pcepti memor Persius: eos q aliena uitia solerti diligẽtia perspiciunt: & rimantur: & notát castigaturus iprimis rephendit adolescẽtulum ambitiosum: q cũ eẽt mollis: petulás: libidinosus: & mõstrum nulla uirtute redẽptum impium: & reipu. habenas rectore ipo indigens suscipiebat: se ad tale onus subeũdum nõ esse idoneum minime considerans: nec memor illius: quod dixit olim Metellus Mario: quẽ ad cõsulatum festinãtem: & ob id missionem flagitãtem monuit ne super fortunã aium gereret: nõ oia oibus cupiẽda esse: debere illi res suas placere. Ne autẽ Neronẽ romanorũ imperatorẽ taxare uideat: cuius moribus perditissimis offensus hanc (ut arbitror scribit satyrã Persius) Socratẽ inducit Alcibiadem seuere: & atrociter castigautem: q athenienſium rempu. uellet gubernare: cũ esset iuuenis: dissolutus: & oi uitiorũ labe deturpat?: utpote cui ignotũ eẽt illud Agesilai principis ου μαλακια καρτερια δε και ανδρια δειν των ιδιωτων περιειναι. i. esse nõ mollicia, sed cõstantia: ac fortitudine priuatis hoibus antecellere. In hos tales: qui cum sint nihili magnis honoribus Inhiant græcũ adagium emanauit κορχορος εν λαχανοις. i. corchorus inter olera. ¶ Rem populi. romanũ ipeiũ. Rẽpublicã: a cui' administratione hoies deterrebat Pythagoras his uerb δειλοι πανδειλοι κυαμων απο χειρας εχεσθε. Ah miseri a cyamo miseri subducite dextras. qd carmẽ cum soleat aliter interpraetari: quia apud Empedoclem κυαμους testiculos significare docti existimarũt: qa sint εις το κυειν δεινοι και αιτιοι του κυειν. idest in hoc ferendo utero ualidi: causaq; uteri ferendi: & geniturae humanae uim præbeant: ne sine auctore loq uideamur: Plutarchus uerba subiiciemus: quæ hoc declarant κυαμων απεχεσθαι ο τι ουκ ει πολιτευτεον αρχαια μεν γαρ ην η δια κυαμων ψηφοφορια... i. abstinendum a fabis. q in re ciuili uersari non oporteat. fabis enim prisco tẽ suffragia ferebantur: q finem principantibus attulerunt. ¶ Tractas: Socrates apud Plato. Quamobrem prius te ad ciuilia conferes, q̃ sis gubernãdi peritus. ¶ Barbatum hoc crede magistrum. ne romanus imperator se a Persio castigari suspicetur hoc subiũgit. Magister auctore Suida uocatur præceptor: & magisteria dicuntur a Roma. principatus. Barbatum autem probum: & bonorum morum studiosum expone Iuuena. Barbatos licet admoueas mille inde magistros. ¶ Sorbitio tollit. descriptio est Socratis: qui athenienſis philosophus clarissimus ex pago alopecẽsi filius Sophronisci marmorarii: & Phanaretæ obstetricis, primo teste. Cice. philosophiã euocauit e cœlo & in urbibus collocauit: domosq; introduxit: & coegit de uita & moribus: rebusq; bonis: & malis quærere: quamobrem non modo consensu hominum: uerum etiam Apollinis oraculo fuit sapientissimus iudicatus: cuius rei Pli. Soli. Pla. Laer. cæteri commeminerunt. hic est illud uir bonus & sapiens qualem uix reperit unum millibus e cũctis hominum consultus Apollo. Miratur Plin. lib. xxxiiii. Romanos illos circunspectissimos pythagorã Socrati præposuisse: cui & alcibiadi in cornibus comitii cum delphicus deus fortissimo græce gentis iussisset: & alteri sapientissimo simulachra celebri loco dicari: statuas posuerũt. Fuit item Socrates orator promptus: & acer: & primus teste Fauorino cum Eschine discipulo oratoriæ artis campos aperuit. eum semis naribus: & recalua fronte repandis cruribus fœdissimum fuisse auctor est Hiero. de cuius fortitudine cum Phauorinus pleraq; differens attigisset πολλακις. i. sæpenumero inquit εξ ηλιου εις ηλιον εστηκει αστραβεστερος των πρεμνων. idest de sole ad solem erectior stipitibus arborum steterat. Cum autem sæpius ineptias Anyti risisset: non potuit Anytus id æquo animo pati: sed ita excandescens primum in Socratis maledicta cum nonnullos prouocauit: tum Aristoph. poetam comicum doctum quidem: sed hominem parum probũ: qui accepta grandi pecunia contra Socratem comœdiam scripsit: cuius titulus est νεφελαι: idest nebulæ: & agendam illam in scena: spectandamq; curauit quæ uniuersum populum a Socratis charitate: & reuerentia auertit. Vnde Anytus cum Lycone: & Melito postridie adhuc calentibus populi auribus Socratem in iudicium traxerunt horum criminum eum insimulantes. Iura uiolat Socrates. Noua dæmonia inducit deos patrios respuens. Contra ius & fas iuuentutem corrumpit pœna illi mors. Tunc Socrates pro seipse dixit: ut non supplex aut reus, sed ut magister: aut dominus uideretur esse iudicum. Cum esset interrogatus quã pœnam se commeruisse confiteretur respondit se meruisse: ut amplissimis honoribus: cõdecoraretur: & ut ei uictus quotidianus in prytaneo publice præberetur: qui honor apud græcos maximus habebatur: quo respõso iudices sic exarserunt: ut non solum primis sententiis: sed & secundis capitis hominum innocentissimum condemnarent. Existimat. M. Tul. Socratem damnatum nullam aliam ob culpam nisi propter dicendi inscientiam. Musonius uero quia nullam sibi parauit defensionem. Seneca scribens Ad Gallionem athenienſium rempu. uel ob hoc maxime uituperat: in qua Socrates damnatur. Scribit Plut. q athenienses adeo oderunt: auersatiq; sunt Socratis Calumniatores: ut neq; eis ignem accendere: neq; interrogantibus respondere: nec aqua illa: qua hi se abluissent: uti uoluerint: sed eam perinde ac sceleratam effundi iusserint, proinde

Nõ oibus oia cupiẽda

Forma Sacratis

illi cum odium tam atrox perpeti diutius non possent: suspẽdio sese necauerũt. Idẽ refert August. de ciui. dei.
¶ Sorbitio cicutæ. Lictor undecim uirorũ: q magistratus erat athenis: ingrediens carcerẽ circiter solis occa-
sum denunciauit Socrati uenenũ esse bibendum: mox in calice allatũ est uenenũ: erat aũt cicuta: quã merito Cicutę na
dixit Pli. publica atheniẽsium pœna inuisam: cuius uis refrigeratoria frigore enecat: incipiũtq; algere ab ex tura
tremitatib' corpis: & ita Socrates hausto in trepide: atq; alacriter poculo mortifero deãbulare cœpit: mox
cum interambulãdum crura iã grauari sentiret iacuit resupinus: cooperuitq; pedes: & crura sensim frigescere
cum uero uis ueneni ad pcordia: & uitalia peruenisset: decessit in ac uoce deficiẽs. Aesculapio Gallũ demus: Aescula-
quẽ reddite neq; negligatis. qd ex priscorũ more est: qui Aesculapio medico phœbi filio gallũ sacrificabant pio quare
diei solisq; nũtium .i. diuinæ beneficiẽtiæ morborũ o.um curatrici: quæ diuinæ prouidentię filia nominatur: gallũ sacri
diem h est uitæ lumen deberi a se fatebantur. huius Socratis uoti meminit Lactan. cuius causam iocularo- ficabant
riam refert Tertulianus in Apolog. illud scitu: memoratuq; dignum est q cum cicuta sit hominis uenenum:
est pecudum pabulum. Lucr. Quippe uidere licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes homini: quę
est acre uenenum. ¶ Tollit: perimit: necat: interficit. ¶ Quo fretus: qua re: quo uirtutis munere fretus es: ut
hanc reip. capessas administrationem. ¶ Magni pu. pericli ductum ex Platonis dialogo: in quo Socrates ostẽ
dit omnium maximum uisum Alcibiadi: q ipse relictus a patre tutor Xantippi filius pericles foret. de Alci- Pericles
biade Plut. Probus: Iustinus, Tucidides, cæteri multa & notatu digna tradiderunt. de pericle autem: qui fuit
atheniensium dux inclytus: philosophus: orator insignis: atq; Anaxagoræ discipulus: qui rempu. Athenien-
sium rexit. xl. annis mira prudentia late Iusti. lib. iii. hunc summum oratorem sic laudauit Eupolis προσ του-
το πειτω τισ επεκαθιζε το τοισ χειλεσι ουτωσ εκηλει και μονοσ των ρητορων τοκεντρον κατελειπε τοι-
σ ακροωμενοισ .i. ad hæc suadela quædam insidebat labris. sic mulcebat: & solus rhetorum aculeum re-
linquebat auditoribus. Sed quoniam de suadela mentionem fecimus: Theodori gazæ uiri alioqui eruditis-
simi hallucinationem cur non ostendimus: qui Ciceronis uerba ex Catone uertens cum suade medullam pi-
tho debuisset μελιγηρυν hoc est suauiloquium transtulit. Idem pericles ηστραπτεν: εβροντα: συνεκυκα τε
παντα: idest fulgurabat: tonabat: conturbabat omnia.

Rem populi tractas: de iis dicit qui honoris cupidi supra modum ætatis suæ publici moderaminis CORN.
gubernacula quærunt suscipere quod significat per alcibiadem qui relictus a patre periclis phi q Alcibia-
& nobilitate & diuitiis puer rempublicã ministrauit atheniensium. Et est sensus: quum puer es: po des
res rẽpublicã ministrare. ¶ Barbatum hoc crede magistrum dicere: sorbitio tollit quem dira cicu Cicuta
tæ: hoc est putas ne Socratem loqui cũ alcibiade suo: qui Socrates in carcere cicutã bibit & piit ob hoc. q herba
in hunc discipulum diceretur de turpi amore alcibiadis discipuli sui uenenum in carcere accepit quo puniret
Ille autẽ postq̃ bibit crimen suum purgauit: & dum ei diceretur quod illud uenenum sumpturus erat accusan
tibus daret noluit oñderet nihil eẽ morte absolutus a crimine sumpsit. ¶ Quo fre. i. non præsumis ut rẽ po-
puli tractes dico magistri. ¶ Pupillæ pericli: merito dicit pupillæ: quia sub tutela periclis philosophi auun- Pericles
culi sui fungebatur: & pupillos suos obicit tutores quibus tutelã gerunt. Phs

Rem populi tractes: repræhensurus hac satyra eos q aliena uitia solerti diligẽtia perspiciunt & no- IO. BRI.
tant: Domitii Neronis pditissimis offensus moribus eũ in primis acerbitate satyrica insectať q uix
dum pueritiã egressus decepto per Agrippinæ mřis scelus Britannico post mortẽ Claudii imperiũ
occupauit: cũ p ætatẽ & rerũ ipertiã qd agendũ: qdue dicẽdũ esset: ignoraret: sed oia sibi alteri' cõsi
lio administrãda eẽnt. Nam ut scri. Cornelius. Illud in urbe iactabať: quẽadmodũ princeps uix decẽ & septem
annos egressus suscipere eã molẽ aut propulsare posset: quod subsidium in eo qui a fœmina regeretur. Nam
matri summa oium rerũ autore Tranql. publicarũ priuatarũq; permisit: num pria quoq; & oppugnationes
urbium: & cætera p belli magřos administrari possent: alii inquirebãt: hinc igiť exclamat hinc excandescit.
Et ne in principem cuius tpibus floruit poeta: ferri uideatur. Socratẽ inducit q alcibiadẽ atheniensem disci
pulum suum rephendat. Hoc ego excogitaui quod qdẽ uero uerius est. Alii uero astutiã poetæ & tpa quibus
floruit: nõ cõsiderãtes hunc locũ generaliter errore manifesto accipiunt. ¶ Rem populi tra. imperium Ro-
manũ suscipis regendũ: cũ interrogatiõe: & increpatione legẽda sunt. ¶ Barbatũ hoc crede magistrũ: hęc sta
tim poeta subiecit ne suspectus eẽt Neroni tanq̃ eũ notaret. Sensus est igiť. Alcibiade qua dicunť i correctio-
nẽ morũ tuorũ a Socrate dici credito. ¶ Barbatũ magistrũ: Socratem quo magistro usus ẽ Alcibiades: a quo
etiam dilectus: sed ita tñ: ut Plato scri. in symposio suo alcibiadẽ cõmemorantẽ se pnoctasse cũ Socrate: nec
aliter ab eo surrexisse ac filius a parente debuerit: hic pria ætate ab atheniẽsibus dux electus cũ Nicia & La-
maco aduersus siculos bellũ gessit: sed ad reatũ uocatus q sacra Cereris nullo magis q̃ silentio solẽnia enũ
ciasset: siue consciam: siue indignationem rei nõ ferens tacitus in exilium æolidẽ pfectus est. De hoc Aemili'
Plutar. & Trogus. ¶ Cicutæ: cicuta uenenum est publica atheniẽsium pœna inuisa. Semen hẽt noxiũ ei & fo Cicutæ
lius refrigeratoria uis est: q̃ si enecat: incipiũt algere ab extremitatibus corporis. Remedium est prius q̃ per-
ueniat ad uitalia uini natura excalefactoria: sed in uino pota irremediabilis existimať. ¶ Tollit: pimit. So-
crates atheniensis phs clarissimus filius Sophronisci: marmorarii: & Phanaretæ obstetricis primus fuit qui
phiam moralem: ut ait Cicero: euocauit e cœlo coegit de uita & morib': rebusq; bonis & malis querere: cũ
ante illum philosopi oẽs rebus phisicis perscrutandis operam tñmodo impẽderent. Sed cũ hic nõnuq̃ Any
tum Atheniensem uirũ locupletem & factiosum rideret ob eius ineptias. Aristophanes comicus doctus qdẽ:
sed hõ parũ probus accepta grandi pecunia ab anyto: ꝯtra Socratem comœdiã scripsit: cuius est. Nephile. i.
nebulæ: quæ quidem inter cæteras criminationes illud cõfinxit: ab eo nebulas coli: & atheniensium religio
nes detractri: & pter hæc iuuenũ mentes sic imbuere: ut parentibus manus inferre pie & officiose possent: q̃
res accusantibus Anyto Lycone & Melyto: ut Plato in apologia pro Socrate scribit. cũ uniuersum populũ
in Socratẽ concitasset: furore quodã & ira multe dãnatus est. De hoc diuus August. Valerius: Solinus: Laer
tius: Diogenes: Horatius: Pythagoras: anytiq; reum doctũq; Platona. ¶ Quo fretus: qua re: qua uirtute cõ
fisus. ¶ Illud respexit: quia Agrippinæ matris Senecæ & Buri consiliis oia primis impii rebus administras-
set. ¶ Dic hoc magni pupillæ picli: interrogatio est contumeliæ & rephensionis plena. ¶ Pupillæ picli: alci
biades atheniẽsis Cliniæ filius fuit. quo ut Probus æmilius est autor nihil excellentius fuit: uel in uitiis uel
in uirtutibus. Imperator fuit summus & mari & terra disertus: ut nemo ei dicendo resistere posset. eius post

interitũ patris Periclẽ & Ariphonẽ tutores fuisse relictos scri. Plut. uiros ea tẽpestate ꝑclatos: & magna cũ Clinia ꝓpinqtate coniunctos. Periclem aũt alcibiadis patruũ fuisse scribit Trogus Põ. Aemilius uero uitricum. ⁋ Magni picli: nouies. n. hostes supauit. Inter cætera egregia opera nono mense Samios Ionũ primos & potentissimos deuicit: urbis mœnia diecit. Hinc ortus est Pythagoras: non aũt ex Samo quæ zazyntho & dulychio ꝓxima est. ⁋ Pupillæ: alluxit ad historiam: nam Neronem popea: ut scri. Tacitus: cum sibi matrimonium & dissidium Octauiæ incolumi agrippina haud speraret crebris criminationibus aliqñ per facetias incusabat principem: & pupillũ uocabat: qui iussis alienis obnoxius non modo imperii: sed libertatis etiam indigeret. Hoc me inuenisse glorior: ut multa alia in toto opere.

BAR. FON.



Em populi tractas. Adolescẽtem ambitiosum repræhendit: q cum libidinosus & mollis eẽt introrsum turpis & pelle decorus. r. q. gubernare ante maturos annos studeret. ⁋ Barbatũ magrm: barbati ꝓ studiosis uiris & phis capiunt. Iuue. Babatos licet admoneas mille inde magistros. ⁋ Sorbitio tollit quem dira cicutæ. Socrates athenienfis philosophus Sophoronisci & Phaneretæ: filius: accusante Anyto capitis dãnatus sorbitionẽ cicutæ hausit: quæ ut Pli. vi. & xx. lib. refert uenenũ est publica atheniensium pœna inuisa qđ & Iuue. de athenis ostẽdit. Nihil ꝑter gelidas ausæ conferre cicutas. Est uero cicuta herba caule uiridi altiore sæpe binis cubitis in cacuminibusq; ramoso foliis coriandri tenuioribus: graui odoratu: semine aniso crassiore: radice concaua nullius usus: nam semini tm̃ & foliis refrigetatoria est uis. ⁋ Magni pupillæ pericli: Alcibiades: ut Plutarchus asserit arcto gradu propinquitatis pericli coniunctus erat: sub cuius tutela mortuo Clinia patre fuit.

Scilicet ingenium: & rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit: dicenda tacendaq; calles.
Ergo ubi cómota feruet plæbecula bilæ
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Maiestate manus: quid deinde loquere? qrites
Hoc puta nó iustũ est: illud male: rectius istud
Scis etenim iustũ gemina suspendere lancæ
Ancipitis libræ: rectum discernis ubi inter
Curua subit: uel cum fallit pede regula uaro

IO. BAP. PLAV.

Ingenio sapiẽtia acqritur non ætatæ

⁋ Scilicet ingeniũ, quãuis ingenio nõ ætate sapiẽtia adipiscaf (ut iqt Plato.) cui subscribit Hiero. scribẽs ad Augu. Noli ergo nos annoꝝ existimare numero: ut sapientiã canis existimes. nõ n. cãterius (ut cũ Varrõe loquar) uetulus: q̃ nouellicus melior: nec canitudini comes est uirtus: nec prohibet adolescẽtia ne qs possit melius ẽt q̃ senex discernere (ut inquit ille apud Philostra.) oñdit tamẽ Persius rerũ agendarũ scientiã nõ accedere ante annoꝝ multitudinẽ: & est sensus cũ ironia. Occupasti impiũ: & ausus es remp. administrare qa quãuis sis iuuenis: & paucos annos natus: tñ uirtute: & prudẽtia nulli es iferior. ⁋ Scilicet. Ironicos. ut illud Terentii. Id curat populus scilicet. ⁋ Ingeniũ uelox: uelocitas corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus habetur. hinc ingenium uelox dicimus: qđ uersatile ẽ: & celeritate quadã ad res multas percurrendas ꝓditũ. Iuue. Ingeniũ uelox: audacia perdita. illud notũ ingenio uelox corpore paruus erat. ⁋ Ante pilos. ante pubertatẽ: q̃ incipit anno. xiiii. (ut iurisconsulti tradũt) apud athenienses decem & octo annoꝝ tempus pubertas dicebaf (ut docet Philost. ⁋ Ergo ubi cõmota. sensus ẽ. Igitur cũ sis prudentissimus nullãtenus debemus admirari si plebeculæ furentis aies cõcitatos sedare: & ad mentem traquillam deducere non ignoras. Viri enim grauis maiestate lenit plebeculæ seditio (ut est apud Verg.) & exemplo nobis es tu serenissime comes Iacobe antoni: qui populos tuos furentes & spumãti labello ad arma concitatos: Chrysopolimq; martigenam seditione laborantem uultus tui grauitate quoties ad tranquillitatem redegisti. ⁋ Feruet. seditionibus æstuat. ⁋ Turbæ calidæ. æstuãti: & ad iras cõmotę. ⁋ Maiestate man⁹: qua superiores: principes: & magistratus inducere silentiũ sæpissime cõsuerũt. Sueto. de Augusto. Quum spectante eo ludos ꝓnunciatũ esset in minimo O dñm æquũ: & bonũ: & uniuersi quasi de ipso dictũ exultãtes cõprobassent: stati manu: uultuq; indecoras adulatiões repssit. Apolloniũ Tyaneũ manu: uultuq; populoꝝ quorũdã sedasse discordias auctor est Philost. ⁋ Quid deinde loqre. qñ turba: & populus mansuũ maiestate ruperit uocẽ: qua orone: & sermone illũ alloqueris: cũ sis a reꝝ prudẽtia. & lrĩs destitut⁹: Vñ innuit oportere principẽ eẽ prudentẽ: pitũ: & lrĩs apprime eruditũ. quo medius fidius (si potest fieri) nihil pulchrius: nihil excellentius fieri posse contendo. hinc Magoi Hiero. Attalus: Iuba: Studioꝝ claritudine memorabiliores extitere q̃ regno. hinc Cæsar dictator: hinc Augustus: hinc alii Cæsares plusculi nõ minus eloquẽtia: & eruditiõe: quã imperio censenf: unde ab Homero rectissime dictum est. Calliope regũ comes est Ioue nata parente. Olim a senatu Romano in laudem Taciti imperatoris acclamatũ est in curia. Quis melius q̃ literatus imperat. sunt enim illę ciuitates beatæ: in qbus phi aut principes philosophantes imperant (ut dixit Plato in. v. de rep. Nero aũt paꝝ ualebat eloquẽtia: & rhetorica eruditiõe: unde ex iis q reꝝ potiti essent alienæ facũdię primus eguisse dicebaf. nã ei seneca orones cõponebat. ⁋ Quirites. cũ intẽtio poetæ sit ut romanos castiget: rite qrites ꝓ atheniensibus. dixit. ex more Romano sumptũ: ubi oraturi ad populũ quirites appellitãt: ut in oronibus ciceronis licet intueri. sic Apuleus. Quirites sanctissimi. Quiritare dicif is qui qritum fidem clamãs implorat. ⁋ Non iustũ. Platonis dialogus extat: cui titulus est Alcibiades siue de uoto in hoc Socrates castigat Alcibiadem tanq̃ nihil hoiem: ac impitũ: nimisq; gloriosum. q esset in cõcione atheniensiũ dicturus: q̃ nesciret: ac dissertaturus de iusto: & iniusto: cũ ipse iustoꝝ: atq; iniustoꝝ inscius foret. Vñ ductũ est totũ istud Persianũ. Rectius istud. ex hoc suã demonstrat prudentiam: atq; sapientiã: cũ qđ iustũ: & qđ rectũ sit: & deniq; inter q̃ iusta: & recta uidenf: quid rectius iudicare ualeat. hoc enim propriũ sapientis est. Lactan. Quis aũt discernere bonũ & malũ: prauũ: & rectum poterit: nisi q sapiens fuerit. ⁋ Scis etenim. tanta es prudentia præditus: ut etiam in ambiguo posita scias adeo diligenter iudicare: ut in nullum incidas errorem metaphora sumpta a libripende quem ponderosissima quæq; bilancis examine non fugiunt. Ancipitis libræ. quæ est ambigua: ita ut uix neꝗ possit discerni. Vnde maiorem eius demonstrat prudentiam: & ingenii ꝑspicax acumẽ: qui in rebus ẽt dubiis: & incertis rectũ posset afferre iudiciũ. de dubiis inqt Senec. li. iii. de moribus nõ iudica: sed suspensam tene sententiam. ⁋ Discernis. cognoscis. ⁋ Curua. recta. sic Orat. in ulti. epist. Scilicet ut possem curuo dignoscere rectũ. ⁋ Regula. i. bilancis lingua. i. examẽ: quo trutina regif.

Pubertas quando

Calliope regũ comes

Eloquẽtia

Quiritare

Varro pede. curuo: flexo: & intorto. Metaphor. sunt aũt proprie Varri q pedes obtortas hñt ut Festus. No
niusq; tradũt: quos græci auctore polluce appellant. ῥαιβούς. Lucillius. Cõpuē ac Varrã fuisse Amphitrio
nis accæ pi alcumenã. Vñ uarrũ ꝑ obtorto usurpamus. M. Varro. li. ii. de rusti. scribit canes eẽ debere cruri-
bus: rectis. ac potius uaris q̃ uacis. Vacias dicimus uaris contrarias: qui in exteriorem partem inflectuntur:
ut britanni & galli fere trãsalpini: quod quidem & apud Strabonem relatum est. hinc Vaciæ apud ro. cogno Vaciæ
minati. (ut refert Pli.) Varicare est crura aperire extendere: adiungere: & in aduersum seperare. Quint. in. xi. Varicare
Varicare supra modum: & stando deforme est: & accedente motu prope obscenũ. Diuaricare distendere: & in
diuersum separare: qđ a prostitutis meretricibus fit. hinc ait Hiero. ad Eustachium diuaricauit pedes omni Diuarica-
transeunti: quod ex Ezechiele propheta transtulit. Varicus dixit Apule. aduerbialiter. re

Scilicet ingeniũ: & reꝝ prudẽtia uelox ante pilos uenit: dicenda tacendaq; calles: credẽdum ẽ tibi aute pu CORN.
bertatẽ ingenium uel prudentiã uenire: ut scias qd uel loquaris uel taceas. Velox prudẽtia: ideo dixit pro ce
leritate sua pubertatẽ præueniat sapientia: & antequam pili nascantur debent intelligi. Pilos autem pro Pili
barba posuit. Ergo nisi commota feruet plæbecula bilæ Fert aius calidæ fecisse silentia turbæ Maiesta-
te manus: sensus est dũ cõmota plæbs ne manu tua seditionẽ ppli referuire. Calidæ turbæ. i. feruore iracũ
diæ excitatæ: uel peritus ex dicendaꝝ & tacendarum maiestate manus: qa tauq̃ magna: & profutura hoibus
locuturi tacere iubẽt mouẽtes manum. Quirites: abusiue ꝑ ciues. quirites. n. ciues Romani sunt. Quid Quirites
deinde loq̃re? ergo eũ seditio orta fuerit: quibus eam uerbis compescis. Scis etenim iustum gemina suspẽ-
dere lancæ Ancipitis libræ rectum discernis ubi inter Curua subit: uel cum fallit pede regula Varro inflexo
hoc per Ironiam dicit: renera scis iustitiam in lancæ pensare & ipsius dubiæ laucis rectitudinẽ calles discere
& curam regulam momẽtare stilũ. Varo pede: torto hoc est decliue posse pondus scis etenim iustũ existima Irouia
re huc & illuc uoluens iudicium donec in liquido stet sententia lancæ libra pede uaro inflexo & aliorsum q̃
ad latitudinem deducto aut regula nunc pro norma abusus est.

Scilicet ingeniũ: hæc decẽ carmina sequẽtia cũ ironia legẽda sunt. Scilicet cũ ironia dr̃i ut alibi. s. hæc IO. BRI.
populo. Tere. Id populus curat. s. Velox: qa ante legitimũ tp̃s impium occupauit. Ante pilos: añ puber-
tatẽ. Nã ut recitauimus ex snia Taciti uix septẽdecim natus annos Nero imperiũ accepit. Ergo ubi cõmo-
ta sensus ẽ. Ergo cũ ea prudẽtia sis: nõ miꝝ est si plæbẽ in seditionẽ concitatã grauitate manus coercere scis:
quasi dicat principi nõ satis eẽ posse impare: nisi eũ comiteẽ sapia. Feruet: æstuat seditioĩbus. Fert aius.
i. dat. Maiestatẽ: grauitate. Nã manu sępe silẽtiũ iducit a supiorib9. Quid deinde loq̃re: illud docet deniq;
necessariũ eẽ principẽ eẽ sapientẽ & reꝝ peritũ. Vñ Plato solebat appellare eas res publicas fœlices: qb9 cõ
tigisset hẽre principes sapiẽtes. Respexit a sit poeta ad id qđ in urbe a seniorib9 dicebaẽ Neronẽ primũ exhiis
qui reꝝ potiti eẽnt alienæ facũdiæ eguisse. Nã ei Seneca orones cõponebat cũ alii impatores ante Neronẽ
summa fuissent facũdia & eloquẽtia. Quirites: hinc innuit poeta qđ nos iã diximus Neronẽ a se repræhẽ-
di cũ iã satyrico more atheniẽsibus omissis ad romanos cõuertat. Hoc iustũ puto: nõ illud male: oratorie
agit ea parte generis deliberatiui utiẽ q̃ suasio dicit. Rectius illud: magnæ prudẽtiæ est ex multis quę iusta
& recta esse uidẽtur quod optimum cognoscere. Scis etenim iustũ. g. s. l. pseuerat in ironia. Sensus enim ẽ.
Nõ mirum quidem est si bonũ a malo discernere noris cum ea quæ ambigui iudicii sunt: ita pensitare & tecũ
recognoscere didiceris: ut nihil te decipere possit. Metaphora iumpta a libri pende: qui ponderosissima q̃q;
examine bilancis cognoscit. Ancipitis libræ: ambiguæ ut nescias in quã partem magis decurrat: ex quo li
bripendis solertia depræhenditur: cũ ex re ambigua & incerta rectum iudicium sumat. Rectũ discernis ti-
bi inter curua subit: cognoscis inq̃t quid rectũ sit: & quod cõtrarium pstat in metaphora æmulatio est Hora
tiana. Scilicet ut possem curuo dignoscere rectũ. Curua: opponũtur rectis. Regula. i. hasta libræ. Pe-
de uaro. i. lingua flexa: recurua. Lingua. n. siue examen bilancis tanq̃ pes est in libra: quo fit plærũq;: ut cũ lin
gua bilancis torta sit & eam sequamur in reꝝ pẽsatione decipiamur: per quod ostendit Persius eum magni
ingenii & prudentiæ esse: qui falsa admixta ueris nouit discernere.

Scilicet ingeniũ. s. cũ derisu ꝓnunciandũ est. Ostẽdit. n. reꝝ agẽdaꝝ scientia aute annoꝝ maturitatẽ nõ ac BAR.
cedere. Velox: quæ perfecto uelox eẽt si tibi iuueni inesset. Prudẽtia. n. lõgo tẽporis interuallo plurimarũ FON.
rerum usu & experiẽtia gignitur. Ergo cõmota quãdo populum commotum atq; iratum inspicies oratione
tua sedare cupies. Maiestate manus: manum annuimus cum populo significamus ut sileat atq; orare uolẽ
tes audiat. Quirites & si quẽdam uelut Socratẽ atheniensem ad alcibiadẽ loquẽtem induxit tamẽ cum de
Romanorũ iuuenum ambitione libidine molitieq; loquatur iure quirites pro atheniẽsibus nominauit. Hoc
puta Prisciano auctore. xv. lib. puta legẽdum est qđ quidẽ aduerbium esse uolunt. atq; ideo. a. Persium corri
puisse: cum ira & puta corripiant. Scis etenim iustum. A trutina translatio cum aliqd ꝑpẽdiẽ sana est. Re
ctum discernis: uostri etiam rectum ab intorto dignoscere: quod a fabris & architectis assumptum est.

Et potis es nigrum uitio præfigere thita:
Quin tu igitur summa ne qcquã pelle decorus
Ante diem blando caudam iactare popello
Desinis: anticyras melior sorbere meracas:
Quo tibi summa boni est? uncta uixisse, patella
Semper: & assiduo curata cuticula sole.

Et potis es nigrũ. in te tanta est uis eloquen- IO. BAP.
tiæ: facũdiæ fulmeu: ut sermõe uolubili: rotato PLAV.
possis populũ: & iudices flectere ut ad nutũ tuũ. Theta
quẽlibet: ut nocẽtẽ interficiant. Vitio. hoĩbus Thau
uitiosis. Nigrũ theta letiferũ: exitiale: & morti
feꝝ. est. n. theta dãnatiõis: & mortis signũ: Vnde
Mar. Nosti mortiferũ q̃storis castrice signũ ẽ ope
prtiũ discere theta nouũ. Thau uero absolutiõis:
& salutis nota erat. hinc legiẽ in Ezechiele: & si-
gna thau super frontes uiroꝝ gemẽtium. Maro
tamẽ Thau gallicũ ꝑ cruce festiue dixit: & sym-
bolicos. galli. n. assueti sunt cruces in similitudinẽ T literæ formare. carmen Vergil. est hoc Thau gallicum
imminet ipsemet male illusit. quid significet thau quærit Ausonius in monosyllabis non ignoro morẽ fuisse
apud ueteres Romanos ut iudices causa cognita in cistam: siue urnam tabellas cõiicerent: easq; stilis inscri- Absoło-
berent literas habentes absolutionis siue condẽnationis. nota condemnandi erat. C. sicut absoluendi. A quã nis lr̃a
do uero iudici perplexa: & obscura causa uidebatur stilo scribebat in tabella duas literas. N. L. quod signi-

ficat non liquet:unde ampliatio:cōparendinatioq; nascebatur:sed nihil cōuenit cū Persio.⸿ Quin igit.aper
te aculeos satyricæ mordacitatis:& uirus uipereū expromere:illūq; uehementer taxare incipit:& est sensus.
Cur imperiū:& reip.administrationem non deponis cū ætatis:& imprudētiæ uitio qd agendū dicendūue sit
Quin — penitus ignores?⸿ Quin.increpantis est ut illud ex bucolico ludicro.Quin tu aliqd saltē potius quorum indi
get usus.⸿ Nequicq̄.frustra.⸿ Pelle decorus uestitus lauta:splendida:& magnifica ueste.Methapho.illum ui
ciosum esse significat:sed minime uideri.Ora.Introrsum turpem speciosum pelle decora.Talis erat antipa
ter:cuius parsimoniā:tenuitatēq; laudātibus utpote qui dure:austereq; degeret.Alexander.inquit.αντιπα
τροσ εξωθεν λευκοπαρυφοσ ανδ'ον αλοπορφυροσ .i.antipater extrinsecus albis est uulgaribusq; uestibus:
Intrinsecus uero purpureis prorsus.Innuit aūt q quispiā de uestitu non est estimandus.sed a uirtute & ai do
tibus probandus.nec.n.habitus uirtutem dat:nec cathedra sanctificat sacerdotem.Nullus inquit Seneca di
cit gladium esse bonū si baltheus eius deauratus est:& uagina gemmis distincta:sed gladius bonus dicitur:q
bene incidit:& bonū acumen habet.hinc dixit Hemus latro apud Apu.Nec me puteris egenū:uel abiectū:ne
Sub sordido palliolo latet sapientia — ue de pannulis istis uirtutes meas æstimetis sæpe enim(ut inquit Cecilianus)etiā sub sordido palliolo latet
sapiētia.Tradit Pli.in epistolis quosdam interdū se ductos:cultuq; pagano quasi rusticos nō minus esse eru
ditos:q̄ eos qui studia proferunt:& ostentant.potest inquit Seneca ingenium fortissimū:ac beatissimum sub
qualibet cute latere.potest ex casa uir magnus exire:potest ex deformi.humiliq; corpusculo formosus ani
mus:ac magnus.cōsimiliter potest in pannoso:& sordidato corpore animus generosus:ac robustus delitesce
re.In eleganti amictu uitiis:& sceleribus inquatus.ut in Alcibiade:qui cū esset ueste impatoriæ & triūphali
ornatus:intrinsecus uitiis & sceleribus redundabat.⸿ Iactare caudam.blandiri:& adulationibus fauorē po
puli:& gratiam,querere:quam nec commemoratiōe dignam putat Boetius.nam nec iudicio uero prouenit:
nec unq̄ firma perdurat.a canibus sumpta translatio:qui caudam mouent:dum blandiūtur:ut leones:quoque
caudas adulantes nuncupat.Hiero.⸿ Blando popello.cui blandiendū:& assentandū est pcipue ab illis : qui
honores:& magistratus consequi cupiunt.nā plerūq; mouetur gratia.cedit pcibus:facit eos:a quibus est ma
xime ambitus(ut docet Cicero.)⸿ Melior.aptior.⸿ Sorbere anticyras meracas.sumere helleborum purū:
& sincætum.ut insaniam a te alienates:q̄ tenera ætate propter ambitionem subiicere te populi temeritati:
cui fallaci potiusq̄ dominari:Malebat Phalaris agrigentinus in media lybiæ torrentis arena:& inter deser
Anticyra — tos nomadas uitam degere.Anticyra insula est:quæ olim cyparissus dicebatur(ut scribit Pausanias)sed mu
tauit nomen ab anticyro herculis socio.ut uero scribit Strabo ciuitas est ad sinum iacens malliacum:& oetā
Helleborum — montem.pterea scribit Liuius.xxvi.q sita est in locride leua parte corinthiacum intrantibus breuis terræ
iter:habetq; oppidum eiusdem nominis(ut idem demonstrat.lib.ii.de bello Macedo.)ibi helleborum nasce
batur:quo(ut scribit Pli.)hominis insania:& mali humores emendantur:& ad ingenium acuendum plurimū
ualet.Vnde hominem insanum significare uolentes dicebant illū oportere anticyram nauigare:aut anticyra
indigere Orat.Verum ambitiosus & audax Nauiget antkcyram.Iuue.Pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet laudas si non eget anticyra.quē locū ita nos emendamus cententes non laudas:sed ladas esse le
gendum:ut sit sensus.Ladas pernicissimus:& agilitate corporis mirandus si non est mentecaptus locupletē
podagram.i.morbum in summis diuitiis exoptare non dubitet:potiusq̄ incolumitatem corporis in pauper
tate:qua nullum animal perniciosius inuenitur(ut scribit Aristoph.in pluto his uersibus. πενια γαρ εστιν
ωπονιρσσ ουδ'αμου ουδεν πεφυκε ζωον εξωλεστερον. q autem ladas fuerit agilis pmx:& uelox : Solinus:
Mart.Catullus.M.Tul.cæteri satis aperte docent.⸿ Meracas:puras:simplices:nullo alio medicamēto ad
mixtas a mero.quod solum antiqui dixerunt:unde Merula auis dicta q mera.i.sola uolat.Varro auctor.de
Merula — qua Aristo.lib.v.de animalibus.res mira refertur a græcis Merulam surdam esse.hinc natum prouerbium:
κωφοτεροσ κιχλησ ταυτησ ευβουλοσ ενδ' ιονυσω μεν αιτασ φασι γαρ κωφευειν τοζωον. hoc est surdior
merula.huius meminit Eubulus in Dionyso dicunt.n.hoc animal surdescere.Quæ tibi summa boni.de fini
bus bonorum multa:& multipliciter inter se phi disputarunt:quam questionem maxima intentione uersan
tes conati sunt inuenire:quid efficiat hominem beatum illud enim est finis bonis nostri propter quod expe
tenda sunt cætera:ipsum autē per seipsum.Alii.n.in uolupeate(ut Aristipus.)Alii in uirtute:ut Zeno : quod
dogma.M.Tul.in.v.tus.sequitur & alacriter defandit.Alii in primis natura:quæ græci. πατρωταφυσε
Variæ de sūmo bono phorū sententiæ — ωσ.Augustinus:& Varro primogenia nocant:ut Carneades.Alii in indolentia:quæ græco uocabulo αναλ
γησια.nuncupatur:ut Hiero.Rhodius summum bonum collocauerunt.Plato uero:& Arist.columina philo
sophorum:qui autumant uirtutem indigere instrumentis:ueluti corporis bonis ut robore:sanitate : sensuū
Tybareni — integritate:item bonis externis ut puta diuitiis.Vitam beatam ex triplici bonorum genere constituunt.Ty
bareni chalibibus uicini:quorum Pomponius:& Apollonius mentionem fecerunt in risu: & locis summum
bonum collocauerunt.Dinomachus:& Calipho uoluptatem cum honestate copularunt.non desunt qui in
gloria:alii in diuitiis.Quidam impotentia.Alii in ocio,non pauci in uita rusticana.Alii in aliis Rebus.Vnde
Persius quod summum bonum putet interrogat:ut ex incuria eius responsione a uirtutū cognitione alienū:
& atheniensium administratione indignum depræhendat:& iudicet.⸿ Vncta uixisse patella.responsio Alci
biadis:qua epicurum philosophum sequitur in uoluptate summum bonum constituētem:cuius secta habet
sectatores pene infinitos:quorum(ut inquit Apostolus)deus uenter est:& quæ sub uentre sunt.hinc Philo
xenus summum bonum collocans in uoluptate gustatus. γερανου λαριττα ευχετο εχειν.i. optabat sibi dari
Sardanapalus epicur. — gruis collum:ut uidelicet diutius illa uoluptate bibendi:edendiq; frueretur.duo namq; sunt ex omnibus ui
tiis:quæ maxime homines decipiunt sui uoluptate:gula.s.ac libido:hinc Sardanapallus Assyriorum Rex gu
læ & uentri deditissimus:natusq; helluationi scripsit in epithaphio se illa tantum habere:quæ edisset: & per
Patella — libidinem expleram percepisset.hinc Xerses ille maximus persarum rex repertori nouæ uoluptatis cōstituit
præmium:& alii complusculi:quorum sola nomina uolumen cōficerent.⸿ Vncta patella.cibis ganeatis:lau
Antiq āñ q̄ cœnarēt lauabātur — tis:& opiparis.patella uas erat fictile sacrificiis faciendū aptū.sed accipitur pro quocunq; uase escario:(ut
hic:& apud Ora.)Nec modica cœnare times olus omne patella.⸿ Curata cuticula:secundum antiquorū mo
rem:& maxime qui debiles erant stomacho:qui ante cibum exercebantur:eam exercitationē(ut Celsus scri
bit)recte sequebatur modo unctio uel in sole:uel ad ignem:modo balneū.descendebant enim in solium:ubi
lauabantur:tum multo oleo ungebantur:leuiterq; perfricabantur,Iuue.Nostra bibat uernum contracta cuti

cula solem. Pli. li. iii. epistola ad de spurina loquẽs ait. Vbi hora balnei nũciata est: est aũt hyeme nona: æstate octaua: i sole si caret uẽto ambulat nudus: deide mouet pila uehemẽter: & diu Apul. li. iii. de Asi. Nudatiq; & flãmę largissimę uapore recreati: calidaq; pfusi & oleo puncti mẽsas dapibus largiter instructas accũbunt.

CORN. / Thita a potu tenatu. i. a morte / Comitiales / Popello / Anticyra / Meraca / Patella

¶ Et potis es nigrum uicio præfigure thita: potis. i. possibilis: ut Verg. at non euandrum potis est: uis. a. t. est sensus potes ne dãnare uitiũ & tuo uitio annotare. i. sua nota quando indices literam thita apponẽt uel eorũ noia quos supplicio afficiunt merito thita a potu thenatu. i. a morte: & q quasi habet telũ suum: ideoq; qd triste intelligitur uel mortis signũ unde quidã ut o multũ ante alias infœlix litera thita. Quin tu igit summa neqcq̃ pelle decorus Ante diẽ blando caudã iactare popello: quin tu. i. nunq̃ tu desinis. Ante diẽ: populi fauorem adulationibus captare: quorũ adiumẽtis honore fungaris. ¶ Cum sis summa tm̃ pelle & nõ aio pulcher. ante diem aut dicit: coniunctis quia comitiales dicebant dies in qbus ad futuros honores hoies designabantur. ideo antẽ. ¶ Summa pelle: q uerborũ blanditus malitiã sui cordis donec ordinent abscondunt. Populos blãdiri: translatio est a canibus: qui cũ blandiuntur dñis caudam mouent. ¶ Popello: diminutiuum ab eo, q est populus: desine igitur speciose populi iudicia adulationibus & heleborũ potius & purgatus cõualescas: ne optes qd implere nõ possis. Anticyras melior sorbere meracas: pro tali ergo amici cupiditate eum isanũ poeta simulat: quem dicit non nisi multo heleboro purgari posse. ¶ Anticyras: oppidum phocidis ubi heleborum nascitur: quod pp ingenium meliorandũ percipitur: unde Hora. Nescio anticyrã nõ illis destinet oẽm merito pluraliter anticyras dixit: ut appareat eius tã magna insania: ut una sufficere non posset: iõ adiecit & meracas ac si diceret pingues anticyras. Trepidos dicit. i. moraliter non. n. ipsa ciuitas sorbet sed heleborũ qd in ea nascitur: quæ tibi summa uani etiã adhuc hic sermo Socratis est ad alcibiadem: & q̃rit. cur summũ bonũ existimet culpãt per hũc ẽt eos q in cultura corporis student & ingenia negligũt: qd & Horatius irrationicos dicit. Si bñ q cœnet bibit bñ luet eamusq;: qd dicit gulæ in luxuriosum & ocio deditũ interrogatiue cõsequẽte responsione: qd summum bonũ in bene cœnare lautius & in nitore corporis ducat hoc est nitida & æpularũ urbanis blanditiis parata in quo sine beatã uitam reponis. potest & rñdẽtem eũ facere. ¶ Vncta uixisse patella. traditur autem Socratem ita alcibiadi ad autem dixisse: sed turpe responsum est. Nempe uncta uixisse patella & assiduo curata cuticula sole: cõmatiarii dñr. i. colorari: qui tota die in arena sunt aut in sole. ut Iuue. Nr̃a iuuat nẽruũ contacta. c. f. s. effugiatq; tegat. Et assiduo curata cuticula sole.

IO. BRI. / Thita mortiferũ

¶ Et potis es. n. u. p. th. idest tantæ prudẽtiæ es & cõsilii: ut tecto iudicio possis noxios pro meritis damnare. ¶ Vitio. hoi uitioso. ¶ Thita nigrũ: hoc est mortiferũ: nã mortis erat signum thita per qd significatur thanatos. i. mors. Cũ. n. iudices de alicuius capite sñiam laturi essent uniuersi in cistã tabulas simul cõiiciebãt suasi eas. p insculptas lr̃as hñtes absolutiõis cõdẽnationis & ampliatiõis: thita cõdẽnationis signũ erat: qd oñdit Mar. Nr̃i mortiferũ ptoris castrice signũ. Est ope pretium discere thita nouũ. Absolutiõis autore Asconio capa litera: per quã lr̃am aliq iterptant calõ. i. bonũ: Ampliatiõis. n. l. qd significat nõ liquere. ¶ Quin tu igitur summa: attẽde fremitũ & idignationẽ poetæ. Sẽsus ẽ: cur igit tu q p ætatẽ imaturã & rerũ imperitiã ignoras qd agendũ: qdue dicẽdũ sit summã iperii Romani nõ deponis: Quin: uox ẽ increpantis: ut Verg. Quin tu aliquid saltẽ potius quorũ indiget usus: cõiungiturq; semper cũ indicatiuo. ¶ Sũma pelle decorus speciosus ueste triũphali ad historiã respexit: nã ut Cornelius Tacitus scribit: decretũ fuit claudio cæsare adulatiõibus senatus cedente: ut uicesimo ætatis anno cõsulatũ Nero iniret: atq; interim designatus procõsulare imperiũ extra urbẽ heret: ac princeps iuuẽtutis appellaret. Itaq; ludicro circẽsium qd acqrendis uulgi studiis edebat. Britãnicus in ptexta. Nero triũphali in ueste trãsuecti sunt: ut spectaret populus hũc decore impatorio: illũ pueri. habitu. Occupato igit imperio apud senatũ hoc celebratũ est in assentatione Neronis: ut ei supplicatiões decernerent: & diebus supplicationũ triũphali ueste indutus per urbẽ ueheret. Ergo summa pelle. i. ueste triũpali & decore impatorio æmulatio est Horatii: Introrsum turpẽ: speciosum pelle decora. Ne qcquam frustra Verg. sed quid ego hæc aũt nequiq̃ ingrata reuoluo: alias aũt nõ: ut alibi Persius. Neqcq̃ fundo suspiret nũ mus in imo. ¶ Ante diẽ ante tẽpus & ætatẽ maturã. ¶ Iactare caudã: ostẽtatione decoris imperatorii fauorem & gratiam populi quærere: tractũ est a canibus qui blandientes caudam mouent. Anticyras: heleborũ quo hominis insania & mali humores emendant: & ad ingenium accendum ualet: ut supra diximus sumebat autem tutissime in anticyra: quo ut scribit Pli. Liuius Drusus nauigauit cum comitiali morbo laborate: sumptoq; heleboro liberatus est Hora. Nescio an anticyrã ratio illus destinet oẽm Anticyra autem insula q̃ olim ciparissus dicebatur: ut scribit pausanias: sed mutato noie anticyra ab Anticyro Herculis socio appellata est. Meracas: simplices & puras: nullo tẽperamẽto admixtas a mero quod antiq solum dixerũt imitatio est Horatii. Expulit heleboro morbum: bileq; meraco. Quo tibi summa boni: eũ tantũ abesse ostendit a uera uirtutũ cognitione: & recta rerum publicarum administratione: ut interrogatus: quod summũ in humanis putet bonum uoluptatem respondeat. ¶ Quo tibi summa boni: quod est summũ bonũ tibi in quo putas summũ bonũ cõsistere. Questio subtilis & a philosophis multũ disputata. ¶ Vncta uixisse patella. Rñsio eum indignũ esse arguit q publica negocia curet cũ ptermissa uirtutis mẽtione laute uiuere summũ bonũ appellet. ¶ Quæ sñia epicureis pbat. ¶ Vncta patella: cibis luxuriosis & delicatis. ¶ Semper: cõtinuationem significat. ¶ Assiduo curata cuticula sole: suorũ tẽporũ mores notat. Nã antiq & pcipue imbecilles stomacho ante cibũ exercebant: eã exercitationẽ: ut Celsus scribit recte sequebat modo unctio uel in sole uel ad ignẽ. mõ balneum. Descendebant enim in solium: tum multo oleo ungebantur: leniterq; perfricabantur. Vñ Horatius: Vngor oliuo: & Persius infra. At si unctus cesses & figas in cute solem. Iuuenalis Vestra bibat uernum contracta cuticula solem. Curata molitiem muliebrem notat in uiris.

BAR. FON.

¶ Et potis es ni. ui. p. th. & tm̃ autoritate ac eloquẽtia uales: ut possis populo ac iudicibus p suadere aliquẽ: ut uitiosum interimãt Nigrũ theta Tau. T. & Theta græcorũ lr̃e sunt: sed Tau absolũonis signũ & salutaris nota ẽ: ut in Ezechiele legit. Et signa Tau sup frontes uirorũ gemẽtiũ. Theta uero dãnatiõis & mortis. Martia. Nostri mortiferũ q̃storis castrice signũ. Est opere pciũ discere theta nouũ. ¶ Quin igit cũq; a me sup narrata sunt facere nequeas: & extrinsecus cõptus atq; decorus: intrinsecus uero turpis & malus sis. cur nõ rẽp. gubernare ante maturũ tps desistis: ¶ Caudã iactare: lãdiri & adulari qd a canibus tractũ est. ¶ Blãdo popello. Vel pplo q semp ditioribus & potentioribus blãditur: uel cui eblãdiendum sit in sufragiis & magistratibus demandandis. ¶ Anticyras melior sorbere meracas. Apriores hellebori puris & simplicibus potioibus

insaniam tuam purgare: q̃ per summam ambitionẽ ante tempus temeritati populi subiicere. Anticyram ue-
ro pro helleboro posuit: qm in Anticyra maxime sumeretur. Helleborum. n. ut Stra. uolumine. ix. scribit: q̃-
uis in multis nascatur locis: tamen circa urbem Anticyrã in Phocide optime p̃parat: quo frequẽtes olim ad
uenæ purgationis causa nauigabant. Hora. Nauigent anticyram. ¶ Quæ tibi summa boni. Interrogat qua
in re summũ bonũ reponat. ¶ Vncta uixisse patella: putasne lauto paratu uiuere corpusq; bene curare sum-
tatéicū tuā expectare potius debeā.Hoc aūt uel decursoꝝ graioꝝ cōsuetudine tractatū:est q ut Hero.viii.
meminit:Vulcano facé p uices ferre cōsueuerūt:uel de tædiferis cereris:q cū facibus ad extremā lassationé
currebát:uel poti⁹ de palæstritaꝝ more trāslatū é.Ci.ad Heré.li.iiii.Nō.n.quéadmodū in palæstra:q tædas
ardétes arripit:celerior é i cursu:p̄tinuo:q̄ q tradit:ita melior ipator nou⁹ q accipit exercitū q̄ ille q decedit
p̄pterea q defatigatus cursu integro facé:hic p̄itus impator impito exercitū tradit.⁋ Vin tu gaudere reli/
ctis.Vis ne libenter assumere:quicquid reliquerim:qui pro Mercurio tibi sum diuitiarum lucriq; Deo.

Deest aliqd summe minui mihi:sed tibi totū est
Quicqd id est:ubi sit fuge q̄rere qđ mihi quōdā
Legarat stadius:neu dicta repone paterna
Fœnoris accedat merces:hinc exime sumptus
Quid reliquū est:reliquū nūc nūc ipēsius unge
Vnge puer caules:mihi festa luce coquatur
Vrtica:& fissa fumosum sinciput aure;
Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis

℄ Minui mi.qcqd deest:sibi:nō aūt hr̄di esse imi/ IO.BAP.
nutū:& defraudatū r̄ndet Persius.⁋ Vbi sit su.q̄. PLAV.
noli eé tā iportunus:& tāta,habēdi cupiditate sol
licitari:ut de legatis:& alienis hr̄ditatibus a me
exigas rōné:æquo.n.aio:& patiēt̄ nō tolerabo:
sed irascar:& bili succēsus atra stomacabor.⁋ Le
garat st.i.testō relinq̄rat:un̄ dr̄ legatū:qđ é(ut dif Legatum
finit Modestus)q̄dā donatio testō relicta:& lega
tor q legat in testō:legatarius:cui legatū é:sicut
mādatarius:cui mādatū é.⁋ Fœnoris ac.mer.hæ Fœnus
redis uerba fœnoris rōnes exigētis.é aūt fœn⁹ ni
hil aliud q̄ fœtus hoc é p̄tus pecuniæ:quapp grę
ci a pariēdo fœnus τοκον uocát.Sidonius poste/
riora noiat usuras ipas qm̄ q fœnus agitát:& in
usuras extēdūt uideṅ aggregare posteriora prioribus:& ortis oritura cōnectere.A.Gel.Cloatiū risit in.xvi.
noctiū atticaꝝ q fœneratoré appellatū dixit quasi φαινερα ωντα απο του φαινεσθαι επι το χρηστοτερον.
i.facile apparété ab apparēdo ad id qđ melius:ac benignius est:qm̄ id genus hominū speciem ostentét huma
nitatis ut cōmodi esse uideantur inopibus nummos desiderantibus.leges de fœnore prisci fœnebres appel/

lauerunt: quarum sæpissime meminit Liuius: cuius codices mēdosi sunt nam pro fœnebribus passim legit fœ
neribus.¶ Hinc. ex fœnere: & usuris.¶ Quid reliquum. hæres loquitur. Reliquum hæc damus Persio qui ob
hæredis insolentiam ēesus: qd reliquum esset computantem ad copiosiorem: & magis opiparem uictum famu
lum adhortatur: per quod monet nemiñ debere sordide uiuere & genium defraudare: ut hæredes relinquat
locupletiores.¶ Impensius. maiori impensa: & sumptu. Vnge puer caules. s. oleo. Pli. li. xix. Nec caules ut nunc
maxime probabant damnantes pulmentaria: q̄ egerent alio pulmentario: id erat oleo parcere. æmulatio est.
Orat. Vngere si caules oleo meliore caputq; Cœperis in pexa fœdum purigine puer autem (ut Paulus iurisc.
affirmat) tres significationes habet unam cum omnes seruos pueros appellamus: aliam cū puerꝝ cōtrario no
mine. puellæ dicimus hoc est cum mares significamus. Tertiam cum ætatem puerilem demonstramus. ponit
interdum pro cinedo. Et est generis cōis sm Pris. Liu. in odis. Sancta puer Saturni filia interdum pro filio mo
re græco. Verg. Ascaniusq; puer. unde puerpera quæ recens peperit siue marem siue fœminam. Mihi festa lu
ce coquatur. ero ne tanta insania extimulatus: tanto percitus furore: ut uellim sordidis cibariis uitam degere
miserrimam ut post mortem meam iste tuus nepos meis bonis hæreditate consecutis diues efficiatur: quæ ne
quitia sua perdat: & breui temporis intercapedine luxuria: & libidine dilapidet. cum īdignatione pronunciā
dum: est. n. furor haud dubius (ut inquit Iuue.) & manifesta phrenesis Vt locuples moriaris egenti uiuere fato
& nimia parsimonia conseruare quæ prodigi hæredes absumant: de quibus sic Orat. Absumet heres cecuba
dignior Seruata centum clauibus: & mero liget pauimentum superbo pontificum potiore cœnis.¶ Luce festa
die festo: in quo lautiores in uictu esse consueuimus. Tibul. Nō festa luce madere est ruber. Hiero. loquens de
genere monachoꝝ: quod Aegyptii remoboth dixerunt: Inquit. Et si qn̄ dies festus uenerit saturantur ad uomi
Vrtica tum.¶ Vrtica herba uilissima: quam hic pro omni genere herbaꝝ uilissimo posuit Persius. aīs urtica est aial
marinum: quod græci appellant ἀκαλύφην. Plut. in primo libroꝝ: quos de Home. composuit. ἀριστοτέλης
δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλύφης καὶ τοι οὐ τῶν τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικοὺς
χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. i. Aristoteles a uulua. corde: & marina urtica. atq; id genus aliis qbusdam abstinere
Sinciput pythagoricos dicit: cęteroꝝ autem usum habuisse.¶ Fumosum sinciput. sinciput pars prior est capitis: in qua
cerebrum prominet. Plau. in menech. Non sanum est tibi adolescens sinciput. Apollinaris diuidit ancipiti mise
rabile sinciput ense. cui opinioni quidam non astipulantur. nam Occipitio opponiẽ frons non sinciput. Apul.
in. i. apollogia loquens de quodam thallo morbo comitiali laborante sic ait. Facie ulcerosus. fronte: & occipi
tio conquassatus. Sinciput et inter ganeata edulia numeratur. Macro. Sinciput aprugnum. Pli. sincipitia uer
rina lautæ gulæ fuisse scribit mediam autem capitis partem significare sinciput ennotat Diomedes in scdo.
¶ Fumosum. quia appensum aure fumo asseruatum erat. Orat. li. ii. Ser. fumosæ cum pede pernæ.¶ Iste tuus
Nepos nepos. preter notam significationem appellatione nepotum omnes inferiores gradus continentur (ut scribūt
iurisconsulti) & pro posteris accipiuntur. nepos etiam dicitur prodigus: & luxuriosus (ut scribit Festus) Orat.
in epodo. Discinctus aut perdam nepos: quod enarrans porphirio tradit ueteres nepotem prodigum ac luxu
riosum dixisse: quia reuera solutiores: delicatioresq; uictus soleant esse: qui sub auo nutriuntur: in quo signifi
catu nepos hic accipitur: & apud Plinium quando apitium omnium nepotum altissimum gurgitem appellat
inde nepotatus apud Tranquillum: & nepotalis luxus apud Apuleium in. ii. de Asi. Tertullianus in apolog.
Aristippus inquit in purpura nepotatur. i. luxuriose & prodigaliter uiuit.¶ Anseris extis. i. iecore anseris: qd
apud ueteres in cibis commendabatur: & ut inquit Pli. li. x.) fartilibus quibusdam in uentre ut cresceret exco
gitatum est exemptumq; lacte: & mulso magis augeri. Oratius nō sine farre pinguibus & ficis pastum iecur an
seris albi. de hoc distinc. facit Marti. Scipio an merellus an. M. Seius tantum bonum inuenerit incertum est.
χὴν χηνός. dicitur anser inde locum ubi anseres aluntur chenoboscion græci appellauere.
CORN. ¶ Deest aliqd sum. mi. mi. ubi to. ē qcqd. i. hoc dicit. Accipe qd fero nec rōnē exegeris diminuti pr̄imonii siqd
Patrimonium cōsumpsi de meo fcm̄ ē ad qd supest totū tibi ē: qa huic aliqd minuiẽ cui⁹ fuit integꝝ.¶ Vbi sit fu. q̄. q mi. quō.
le. sta. i. qcqd mihi a studio p legatū dimissum ē ne reqras.¶ Neu di. re. p. i. more p̄no discutias.¶ Fœnoris ac
Stadius cipit mer. hic exi. sum. qd reliquū ē: q dicēt suis hoc qd reliquū ē nobis lucri de fœnore accessit. i. ad fructū. i.
Legatus ad usū uitæ nobis pficiat reliquū uero pecūiæ reseruatæ integꝝ.¶ Reliquū nō. nū. ipē. un. p. ca. qa īduxerat
Fœnus hoīem cōputātē qd reliqsset: ipse uelut īdignatus hoc repetit dicēs Reliquū: deinde uelut exardescēt ira lati⁹
Caulis se & sūptuosius uiuere minaẽ & multo magis abuti suis reb⁹ pcipit lautiores escas sibi iā pari.¶ Vnge pu. ca.
Vrtica dixit qa p̄ nimia pcitate ipēsiores epulas putauit caules unctos oleo comedere.¶ Mihi fe. lu. c. urtica & fissa
fumo. sin. aure. Vt tuus iste nepos olim sat anseris extis Cū morosa uago singultiet iguine uena Patritiæ im
meat uuluæ. Sēsus ē. En ego famæ moriar: & festis diebus urtica uescar: & sinciput fumosum qd est dimidiū
caput suinū & dū ego parce uiuo tuus nepos. i. filius tuus pditus hęc oia q̄ seruo ipensius uiuēdo abliguriat &
saturatis anseꝝ interioribus: & in patritiaꝝ turpidis stupris bona mea consumit cū in eum libido exarserit.
IO. BRI. ¶ Deest aliquid summæ: conquestio est hæredis q imminuta sit hæreditas.¶ Minui mihi. uerba Persii. ubi
sit fugæ querere quod mihi quondam legerat stadius īmoderatā hæredis libidinem habendi repræhendit: q
Reponere etiam de alienis legatis & hæreditatibus rationem sibi reddi postulat.¶ Neu dicta repone paterna. Noli inqt
more paterno a me rei administratæ rationem poscere. Nam reponere cū in uarias accipiaẽ sigñationes: hic
pro reparare & ueluti renouare ponitur: ut sit: noli in me iisdem uerbis uti quibus solet pater in filium cum
administratæ pecuniæ rationem exigit: sic. n. reparātur uerba paterna. Vnde Martia. qui amissum somnum
Fœnus in urbe in prouincia reparabat.¶ Ingenti fruor improboq; somno. Et totū mihi nunc repono qcquid Ter
denos uigilaueram per annos. Sorgentē focus excipit. Fœnoris accedat merces: Verba hæredis qui rationē
sibi postulat reddi fœnoris.¶ Merces fœnoris: fœnus pprie (auctore Festo) appellaẽ naturalis terræ fœtus
ob quā cām & nūmoꝝ fœtus fœnus est uocatum: & de ea re leges fœnebres.¶ Quid reliquū est cū interro
gatione legēdum & superbe.¶ Reliquum nō interrogantis. sed indignantis & irascentis: naturale enim est ut
cum irascimur ultima aduersarii uerba repetamus.¶ Nunc nūc impensius unge: indignatus & offensus auidi
tate hæredis computantis quod reliquum esset: exclamat minans se latius & sumptuosius uicturum: per qd
monet poeta nominem: dum stupet posteros hæreditare iuuare: sordide uiuere debere.¶ Vnge puer caules:
æmulatio est Hora. Vngere si caules oleo meliore caputq; cœperis ipexa fœdū prurigine. Mihi festa luce co
quaẽ urtica. Sensus est aūt. Ego inquit parce & sordide uiuam & multa relinquā filio tuo nequissimo: quia

omnia ad omnem libidinem profundat: cum indignatione legenda sunt. ¶ Vrtica. urticam posuit pro uilissima quaq; herba. ¶ Sinciput: pars est capitis. Iuuena. Comedam inquit flebile nati Sinciput elixi. Sincipita aūt uerriua lautæ gulæ feri. Pli. fuisse. ¶ Fumosum: ad summam feruatum. ¶ Fixa aure: qua suspensum fuit. ¶ Vt tuus iste nepos. i. filius tuus neqssimus: nam nepote luxuriosæ homines uitæ appellant: quod nō magis rei suæ familiaris cura est: qua iis quibus pater auusq; uiuūt: æmulatio est horatiana. Filius aūt etiā hæc libertus ut edebat hæres Diis inimicæ senex custodis. ¶ Anseris extis. i. anserino iecore: quod iter delicatas dapes habebatur: unde ita feri. Pli. Ni sapientiore qui anseres iecoris bonitate nouere fartilibus in magnam amplitudinē crescit. Exemptū quoq; lacte mulso augeť. Nec sine causa in quæstione est quis primus tantū donum inuenerit. Scipio an metellus uir consularis: an. M. Seius eadem ætate eques Romanus.

Nepotes
Iecur
Anseris

¶ Deest aliquid summæ: hæredis uerba: uel patrimonium imminutum conquerentis: uel nunquid e summa desit interrogantis. Minui mihi: respondet sibiipsi quodcūq; deest imminuisse. Verum si ei quod superest relinquit: desistat: querere quod olim sibi a Statio legatum sit fœnoris: Accedat merces hinc exime sumptus: dicta parentem ad filios: cum admonent ne patrimonium minuant sed integra semper sorte ex mercede fœnoris sumptus faciant. Reliquum cum hæres interrogasset quid reliqui foret ille indignans famulum lautiorem capiosioremq; uictum parare iubet: Statuit enim geniū suum non defraudare: quo luxuriosius hæres uiuet. Fixa fumosum sinciput aure: ad fumarium appensum sinciput quod est anterior pars capitis aures temporaq; complectens. Neq; uero in porco solum: sed in homine dicitur. Apollinaris ad Valerium maiorandi partemq; cerebri. Hic galeæ cum parte rapit: fortiq; lacerto. Diuisit ancipiti miserabile sinciput. ¶ Vt tuus iste nepos: ad se ipsum in secunda persona: cum indignatione maiore. Nepos autem propterea luxuriosus: & prodigus dicitur qui sub auo educati solutiorem delicatiorem q̄ uitam degunt. Horatius. Discinctus aut perdam nepos. ¶ Saiur anseris extis: sapientiores ut Pli. x. lib. refert. Iecur anseris probauerūt fartilibusq; in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoq; lacte mulso augetur: de eo Hora. Pinguibus & siccis pastum iecur anseris albi. Inguine uago: ab inguinis uicinitate inguem pro membro uirili ponitur. Vagum autem dicendo rem turpem honesto uocabulo contegens maronianum illud expressit. ¶ Iam primum satis: hic libidinosus alterius & eundo & exeundo porta te faciet patentiorem.

BAR. FON.

Cum morosa uago singultiet inguine uena
Patritiæ immeiat uuluæ: mihi trama figuræ
Se reliqua est illi tremat omento popa uenter.
Vende animā lucro: mercare atq; excute solers
Omne latus mundi ne sit prestantior alter:

IO. BAP. PLAV.

¶ Cū morosa uena. tecta piphrasi coitū signāt sic Iun. in. iii. ut semel atq; iterū sup illā palpitet. ¶ Vena. elegāti similitudine uenam membrū uirile nūcupauit. nā sicut ex uena sanguis: ita ex mēbro genitali genitura trāscurrit sic Mar. li. xi. o quotiens rigida pulsabis pallia uena: morosam aūt ob eius petulantiā: & pcacitatē. ¶ Singultiet. singultus (ut in libris medicorū cōtineť) est mot⁹ stomachi ad expellēdū rē lendētē: quē genitura fluēte cū genitalia pati uideanť recte: & lepide singultiet dixit hoc uerbo utiť & Hieronymus ad rusticū monachum. ¶ Vago inguine. errāti hoc expressius dixit auctor priapei carminis. iā primū stator hic libidinosus alternis & eūdo: & exeūdo porta te faciet patentiorē. ¶ Patritiæ imeat uuluæ. rem cū nobili matrona habeat. Oratius Ne ditior aut formæ melioris meat eodē. illud obiter notandū & sciendū est genitalia mulieris auctore Alberto magno li. xviii. de aīalibus Inter oēs fœminas aīantes ꝓportiōe corporis maxima eē: cū econtratio uir sit minoribus genitalib⁹ p̄ditus q̄ cætera mascula aīalia proportiōe corporis habita: qđ ignorās Apuleius & Lucianus suscepto asini mēbro ne fœmina nobilis disrumpereť metuebant. uerba Luciani hæc sunt και τουτομεττιο δτωσ ουχιμετριον ετεμα ουχωρησασαγυνη διασπασθαι metus me nō mediocris incessit ne lepida fœmina disrumpereť. ¶ Mihi trama fi. sensus ē ego macer: tenuis: & curiosus ille doliaris sit & pinguissimus. uideť intelligere hic Persius nō de trama filo: uerū de trama uestimēto tenuiculo: leui trāslucido: ita nūcupato: ex auctoritate Varronis ꝙ id uestimēti genus tranat frigus: figura mea uestimentū tenuissimū ille doliaris est. Trama a tranādo: & traiiciendo uocať: Seruius lib. iii. æneid. Subtegmen filū: quod inter stamē currit: qđ tramā Persius dixit: nā male qdā subtegmen stamen accipiūt: cū stamē de auro eē nō possit. Verg. Fert picturatas auri subtegmine uestes. qđ sit trama docet & Seneca i epistolis ad Lucilliū his uerbis Deinde quēadmodū subtegmen incertū: quod duriciam utrinq; cōprimētis tramæ remolliat. ¶ Illi. nepoti. ¶ Popa uenter. pinguis: & obesus: & pinguedine prominulus. popa enim pinguedinem significat. a qua popina deriuať diuersoriū gulosorum: In quo unctiora cibaria cocta urnduntť. Oratius fornix tibi: & uncta popina incutiunt urbis desiderium. Manilius infamem fœdā: turpēq; odisse popinam. Alias popæ dicebātur uictimarii qui uictimas habebant uenales: & qui ligabāt eas ad altare: ferebātq;. Valerius libros numæ igne facto per uictimarios cremauit. Spartianus in geta percussit hostiam popa nomine Antonius: uñ potuit Persius (ut cum hermolao sentiam) popam uētrem dicere nō pro pingui: & obeso: sed pro hellnone: uoratoreq; ac phagone: sed & interpretatio nostra non eliminanda. Apud Propertium per succintos popas nō minutas uictimas: paratasq; ad sacrificiū: quarū adeps offertur super altaribus (ut inquit Hieronymus) aut pinguiora exta: qualia antiqui lustralia nūcupauerūt: accipio: sed uictimarios. In quo significatu dixit Sue. in CAL. Succintus poparū habitu. i. uictimariorū: qui cultro uictimant hoc est immolāt hostiam unde cultrarii. prius apud Suetoni. ubiq; pomparum legebatur: unde omnes interpretes in illius loci interpretatione meras nugas effucientes ridiculi euaserunt. popinones antiqui dicebant: qui se popinis dediderunt: & popinatio: quæ alio uocabulo helluatio dicitur: & a græcis asotia. ¶ Vende aiam lucro. Stomachabūdus: & bili indignatione neq; non mediocri succensus in auarū hæredem: quē uidet auaritiæ suæ nullū finem impositurū exclamat uēde aiam lucro. ¶ Excute oē latus. ne permitte aliquā orbis terrarū partem tibi inacessam: sed uniuersos mūdi recessus percipe: ut omniū sis ditissimus impiger. n. extremos currit mercator ad indos. ¶ Pauisse. h. d. quia (ut auctor est Pli.) tot seruos alebant romani: ut eorū iustos: & integros prope exercitus domi haberent: eorumq; cā nomēclator esset adhibendus: & quo plures alebant: eo potentiores habebātur. quod innuit Iuue. in. iii. Pudentilla uxor Apulei (ut ipse docet in. ii. apologia) seruos haud minus quadringentis donauit filiis suis. Rex indorum. xx. M. seruorum habuit (ut refert Phil.)

Trama
Popa

CORN. ¶Mihi trama figuræ: tractũ a mulieribus telis: quæ sine stamine inanes uidenť. ⁋ Trama omento: idest pin/
guedine. ⁋ Popa: ueter pinguis qa popeana genera sunt panes qbus sacerdotes uel eorũ ministri uescebanť:
Trama quibus assidue pasti pingues fiebãt merito. ⁋ Popa: uenter pinguis a. ⁋ Vende aiam lucro: uerba sunt poetæ
Popa ad illũ qui ut multum hæredi relinqueret ipse se in lucrorũ desiderio atterit: aut certe periculis te obire lucri
causa ut gladiatores faciunt qui studio lucrandi animas morti opponunt. ⁋ Mercare atq; excute omne latus
Gladiatores mundi mercis mutandæ gratia ac pecuniæ complicandæ uniuersus recessus mundi percurre. ⁋ Ne sit te quis
quam mercatorum ditior. Non sit præstantior alter.
IO. BRI. ¶Cũ morosa: cũ mõ aduerbiũ est tpis: nõ autẽ ꝓpositio. ⁋ Singultiet: rẽ pudendã expressit a singultiet sum/
ptum est qui dum singultit toto corpe mouetur. ⁋ Patritiæ imeiat uuluæ. Horat. Ne ditior aut formæ me/
lioris meiat eodẽ. ⁋ Mihi trama figuræ. ⁋ Sit reliqua: lepida trãslatio sumpta a tela cuius filũ: qd intra sta
mẽ currit trama appellatur a tranãdo. Terẽ. subtegmen dixit. Anus subtegmẽ nebat: erit igiť sensus: Ego ei?
Trama macilentiæ fuero: ut costæ & reliqua ossa q̃ corporis tm̃ texturã ꝓbent: mihi relinquanť: & is obesissimo sit
Popa uentre. ⁋ Figuræ: formæ & speciei corporis. ⁋ Ast illi tremat omẽto popa uẽter: Popa a Persio accipiť p pin
Popino gui: a quo deducti sunt popinones. i. ii. quos nũc dicimus tabernarios uel luxuriosos: q se popinis dedũt. Nam
Popinæ popinæ dicũtur tabernæ ubi publica parantur obsonia. Tranqllus in Nerone. Interdictũ ne qd in popinis
cocti preter legumina aut olera ueniret quũ antea nullũ nõ obsonii genus ꝓponereť. Hora. Qui oia malit:
Quæcũq; immũdis seruẽt allata popinis. ⁋ Omẽto: de omẽto diximus superius in secũda satyra. ⁋ Vẽde ani
mã lucro: nimia & imoderata hæredis cõcupiscẽtia offensus: ut pote quẽ uideat auaritiæ suæ finem nullum
Mundus facere exclamat: excãdescit: irascitur. ⁋ Mundi quẽ cosmon: græci nomine ornamẽti appellauere cum & nos
a perfecta absolutaq; elegantia mundum. ⁋ Ne sit præstantior alter. Hora. ne sit te ditior alter.
BAR. ¶Morosa: uena cũ ꝓprie uena sit: p quã sanguinis riuus meat: qa tñ p uenã quoq; genitura trãscurrit: Geni
FON. talis seminis inter inguine uenã denoiat. qd plane p singultũ expssit. Nã ut singultiũt fauces: ita quoq; geni/
tura fluẽte singultiet uideť penis. Morosam aũt dicẽs id muroni. qd ẽ hois in amore uetita & negata petẽtis
dedit. ⁋ Patritiæ im. uul. cũ generosa & nobili fœmĩa coeat. ⁋ Mihi tra. fi. sit rel. ast illi tremat omẽto popa
uenter: sensus ẽ ut ego pcius uiuẽs emacreã: eo luxu pinguescẽte: sibi. n. trama hoc est uiliora obsonia reliq̃
dicit. Trama. n. filum est qd intra stamẽ discurrit. Staminis aũt fila ꝓciosiora q̃ tramæ sunt. Omẽtũ uero mem
brana tenuis ẽ: q̃ intestina cõtegit. Popa aũt pingue signat: uñ & popina deduciť. Nã qd a quodã scribiť panẽ
eẽ: quo sacerdotes uel corũ ministri uescebanť: uñ & popeanũ unguẽtũ dr̃ fide caret. Põpeanũ. n. a popea Ne/
ronis uxore appellari Pli. testionio: uolumie. xi. planũ ẽ: ait. n. Crassissimũ asinæ lac ut coaguli uice utanť. Cõ
ferre aliqd & cãdori i mulierũ cute existimať. Popea certe Domitii Nerõis cõiux quĩgẽtas per oia secũ fœtas
trahẽs balnearũ ẽt solio totũ corpus illo lacte macerabat: extẽdi quoq; cutẽ credẽs. Itẽ. viii. &. xx. cutẽ in facie
erugari & tenescere & cãdorẽ custodiri lacte asinino putant notũq; est quasdã quotidie septingentarũ custo
dito numero fouere. Popeaq; hoc uxor Neronis principis instituit his quoq; Iuu. accedit: aut pingula popea
na spirat: & hic miseri uiscanť labra mariti. ⁋ Vẽde aiam lucro: hæc ab eodẽ nõ sine stomacho dicunť: q de/
mens ut patrimoniũ grande relinqueret multos labores periculaq; pertulerit. Ne sit præstantior alter.

Cappadocas rigida pingues pauisse catasta.
Rem duplica feci: iã duplex: iam mihi quarto:
Iam decies redit in rugas: depinge ubi sistam
Inuentus Chrysiphe tui finitor aceirui.

IO. BAP. ¶Cappadocas pigues. i. seruos ex cappadocia p
PLAV. te minoris armeniæ: (ut placet Appiano) Ptolo.
Cappado n. uult cappadociã eẽ ipsam minorẽ armeniã in
cia decẽ strategeas hoc est ꝓfecturas olim (ut scrib.
Stra. in. xii.) diuisa erat: ex qua serui utiles: & bo
ni uenales deportabanť: quos cappadocas Mar.
Statius cæteri appellitãt. Orati? Eget æris cap/
padocũ rex: ubi rex capadocũ dr̃ famulosus dns:
habẽsq; cappadocũ. i. mãcipiorũ legiones i famu
licio. Olim qd memoratu: (& admiratiõe dignũ est) Romani concessere libertatẽ capadocibus ob amicitiã:
& societatẽ añ cõtractã: quã principes recusarũt dicẽtes se eã ferre nõ posse: & ut rex sibi dareť orarũt: roma
ni admirati q inuenirenť q libertatẽ recusarẽt pmiserc: ut quẽ uellent regẽ eligerẽt: illi ariobarzanẽ regẽ ele
gerũt. apud græ. dr̃ τρια κακωτα κακιστα. i. tria. ccc. pessima uidelicet cappadocia: creta: cilicia: tãq̃ holes
Tria. ccc. indidẽ ꝓuenitẽs sint pessimi mortaliũ. Quod Aug. lib. de grãma. autumat dici de tribus cornelius uidelicet
pessima Cornelio sulla: Cor. cinna: Cor. lentulo. q pessimi pernitiosissimiq; extitere. ⁋ Rigida catasta. aspera catasta
quæ locus est ubi uenales pueri exponebãtur pedibus cretatis qd Pli. indicat cũ de generibus terræ scribit a
Catasta uerbo græco καϑιστάω: qd significat expono constituo: q illic cõstituti tenerẽtur. Mart. lib. vi. nõ de plebe
domus nec auaræ uerna catastæ. Sed dñi sancto dignus amore puer Tibul. lib. ii. Nota loquor regnũ ipse te/
net: quẽ sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes: Stati? Nõ te barbaricæ uersabat turba catastæ.
⁋ Rẽ duplica. iterũ satyrico morsu in auarũ inuehiť: & exclamat. ⁋ Feci inqt auarus: sed nihil ꝓfeci cum mea
cupiditas nondũ sit expleta: cui (ut scribit Acron) nunq̃ tantum crescit res: ut sufficere uideatur. Orat. Scilic
eet improbæ Diuitiæ tamen curtæ nescio qd semper abest rei expleri enim nescit bonorum cupido inquit
Pellagius. quinimo auarus negociator de die in diem renouatur. & (ut scribit Hier.) decrescere se putat nisi
semper creuerit. ⁋ Iam mihi quarto. non solum duplicaui: sed quadruplicaui: & decies duplicaui: nec tamen
finem meæ inuenio cupiditati. nam (ut ait Sene.) Auarus animus nullo satiatur lucro. Aristo. lib. primo. po/
lit. Desiderium diuitiarum uadit in infinitum. quod Iuue. uno uersiculo elegantissime complexus est. Crescit
amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Ouid. Et cum possideant plurima plura petunt. Salust. Auaritia
studium habet pecuniæ: quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi uenenis malis imbuta corpus animũq; uiri
lem effœminat: semper infinita: & insatiabilis est neq; copia: neq; inopia minuitur. unde et qui uelit esse di/
ues non cumulandam pecuniam: sed minuendam cupiditatem censeo. quare nunq̃ is liber ab inopia erit: qui
nullum constituens cupiditati modum: continuo diuitiarum exagitetur ardore. Auctor Plut. ⁋ Iam redit in
rugã. sic Iuue. Hæc quoq; si rugam trahit: extenditq; libellum sume duos equites fac tertia quadringẽta: De
pinge ubi sistã inuenius. non adacerũ uoluminũ quæ innumera condidit chrysippus id referendum esse autu
mo: sed ad argumentationes: quas græco uocabulo soritas uocant: Cicero aceruales interpretať. sed (ut ipse

ait in.ii.de diuinatione)sicut multa uerba græcorũ: sic sorites satis latino sermone tritus est.igitur Chrysippus
solitus erat p soriten argumētari:& gradatim iterrogare ex quo argumētatio fiebat numosior & aceruus qua
si qdā gradatim cumulabat ꝓpositionū:& probationū:ut ita cōclusio efficeret ad probandū: qđ moliebat: ul
tra pscriptū argumentationis:q ex pceptione dialecticorũ tripartita est:& ex istitutione oratorũ qnq; partita
fieri potest:ultra quem numerũ progredi nō licet:sed sorites.i.aceruus siue acerualis Chrysippeus in infinitū
pene progrediebat:diffusus per multiplicationem numerorũ inumerabilem:cuius exemplū extat apud eūdē
Ciceronē:q in hortensio quoq; soritas lubricos esse & periculosos tradit: & post paulū placet ingt Chrysip
po cū gradatim iterroget:uerbi cā:tria pauca sint an multa aliq̃to priusq̃ ad multa pueniat: mox post multa
soritas ꝓgrediēdo tractata subiūgit.hæc Chrysippea sunt nec ab eo qdē dissoluta.refert Laertius Chrysippū
lib.iiii.cōdidisse de soritis uimiũ: ob hōc aceruū Chrysippeū:q longius ꝓgrediebat ita ut uix cōcludēdi modū Sorites
inueniret:dixit scite:& eleganter Persius nř ex psona auari cuius cupiditates imodicæ nullo mō finiunt p apo
strophā ad Chrysippū o Chrysippe saltē tu depinge modū ultra quē nō ꝓgrediat aceruus diuitiarũ: iterminabi
lis:q iuētus es finitor:terminatorq; tui aceruī:hoc est illius argumēti sorite:qui q̃uis longo ordine producere
tur;tñ aliqñ conclusiones mō cludebat:terminabaturq;:& hoc est uerus poetæ sensus : hoc uerũ interpræta
mentū:hic est ille aceruus Chrysippeus in quo cæcutientes cōmentatores hallucinant: de quo est astipulatio
illa Sidonii ex hendecasyllabo Chrysippi potuisset ex aceruo: & Martiani Chrysippus cumulet proprium cō
sumat aceruum qui alibi dixit Soritas cumuli accessibus aggerans. fuit autem Chrysippus philosophus Ap
pollonii Solensis filius:de quo Cicero quædam nonnulla Valarius plurima: Laertius tradiderunt.
CCappadocas rigida pingues pauisse catasta:gladiatores sigñat apud antiquos gladiatores uenales in cata CORN.
sta ponebant:ut in eis possent mēbra cōspici:uel qa capadoces dicerent hře studiū naturale ad falsa testimo Cappado
nia pferēda q nutriti in tormētis a pueritia eculeū sibi facere dñr:ut in eo se iuicē torquerēt & cū in poena p cia ciuitas
durarēt ad falsa testimōia se bñ uindicarēt.⁋ Pauisse:ut qm uenales añ qua in catasta ponant cantát uniuer est Arme
sa pariter more gētis suę.⁋ Feci iā triplex.Iā mihi q̃rto: iā decies redit i rugas: feci & rē minimā duplicaui in niæ
triplo:& q̃druplo:& iā mihi fcā ē duplex res familiaris.In rugā: Allegoricos dcm̃ a uestibus q ad rugā plicent Catasta
Depinge ubi sistā.i.pone modū cremēto substātię & die quoq; substātiā augeā.⁋ Inuētus Chrysippe tui fini
tor aceruī:Chrysippus phus stoicus.discipls.Cleātis pceptus quē p adiectionē & detractionē ex aceruī frumē
tarii oñdit:ergo poeta.h.d.q̃tacūq; auaris abūdātia crescat substātię nō satiat:& sic isinitū cupiditatis deside
riū extendere:ut q auaritiæ eius uoluere imponere finem facile uideat etiam Sylogismū Chrysippi diffinire.
CCappadocas rigida pingues pauisse catasta diuites romani autore Plinio tot seruos alebant:ut eorũ iustos JO.BRI.
& integros prope exercitus domi haberent.Et quo plures alebant eo potentiores habebant:unde Iuue.pro Serui Ro
tinus ad censum de moribus ultima fiet qō:quot pascit seruos?quot possidet agri iugera.⁋ Cappadocas: cap manorum
padocia finitiua est Armeniæ:unde serui mittebant:ut e Syria.Mar.Ciuis non syriçue parthiæue.Nec de cap Cappado
padocis æques catastis.Catasta:catastæ loca sunt ubi serui uenales exponebant a catistao quod est expono cia
Martia.Inspexit molles pueros:oculisq; comedit.Non hos quos primæ prostituere casæ. Sed quos arcanæ: Catasta
seruant tabulata catastæ. Tibullus.Regnum ipse tenet quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pe
des.Illic seruorum garritu ingens erat strepitus.Mar.Heu quę lingua silet:non illam mille catastę Vincebāt.
⁋ Pauisse:aluisse.⁋ Rem duplica:irrisorie & satyrice iterum exclamat in auarum.⁋ Feci:iam triplex:iam mi
hi quarto.Iam redit in rugam decies:improbitas auari ostendit:qui coaceruandæ rei finem nō inuenit : iuxta
illud.Iuuena.Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.Hoc enim dicit auarus:rem decies condupli
caui nec tamen adhuc cupiditati modū inueni meæ.⁋ Iam redit:in rugam decies respexit ad illud opus Chry
sippi quod scripsit de conduplicato uel connexo:nam sequitur.⁋ Depinge Chrysippe ubi sistam. satis enim
lepide ipsum auarum inducit:ut nescientem auaritiæ suę terminum imponere:a Chrysippo petere:ut sibi mo
dum quærende rei pręfiniat.⁋ Chrysippe tui finitor aceruī.Chrysippus Solensis uel ut alii scribunt Tarsen
sis fuit Apollonii filius Zenonis siue Cleantis discipulus ut.Valeri.uero tradit Cleantis pręceptor: uir inge
niosus:& acutissimus in omni genere orationis:& subtilitate disputandi adeo acer : ut non illepide quidam
dicerent si apud deos usus esset Dialecticę:ut non temere aliam futuram q̃ Chrysippeam : hōc scribit Vale.
octogesimo anno:uolumen cœptum quadragesimo:exactissimę subtilitatis absoluisse.Constat enim septua
ginta & quinq; uolumina scripsisse:adeo ut Valer.tradit ad ea quę scripsit cognoscenda:longa uita opus eē.
Eum etradit Hermippus a discipulis ad sacrificium uocatum dulce merū hausisse: ex quo quinta die defun
ctus est:cum septuaginta & tres uixisset annos.In quo miror ab hoc Valerium Maximum dissentire de ętate:
cum scribat octogesimo anno uolomen perfecisse. Et ille .lxxiii.anno mortem obiisse. Sunt qui dicant ri
su compræhensum expirasse : nam ut testatur Laertius : cum asinus manducaret ficus aniculę dixisse uinum
asino sorbendum daret:nimioq; risu detentum exhalasse animam : unde auarus ita eum alloquitur : ut di
cat.O Chrysippe finitor tui aceruī:hoc est tui libri in quo tanta cumulasti depinge ubi sistam. ⁋ Inuentus:
idest ostende designa mihi ubi : idest in quo diuitiarum loco inuentus sistam:hoc est pedem figam:ac si dicat
tantam esse suam cupiditatem . nullo pacto ei finem ex se reperire queat: sicq; poeta cupiditatem auari in
satiabilem esse ostendit.
CCappadocas rigida pingues:clausisse catasta.Ne quem alium seruorum alter maiorem gregem possideat. BART.
⁋ Catasta autem locus erat ubi serui uenales exponebantur:a gręco uerbo catistao : quod expono signifi FON.
cat appellata Papi.in syluis.Non te uersabat barbaricę turba catastę. Tibullus. Nota loquor regnum ipse
tenet quem sępe coegit Barbara gypsatos fere catasta pedes.Pli.v.&.xxx.Talem in catasta uidere chrisogo
num syllę.Cappadocia uero Solino autore poetica regio est:quę lęuo latere utrasq; armenias commage
nemq; tangens dextro multis asię populis circūfusa ad tauri iuga & solis ortus attollitur.Apianus uero mi
noris armenię partem.Ptolome.ipsam minorem armeniam esse scribūt.⁋ Iam decies redit in rugam: iam rē
decies geminaui:neq; tamen cupiditati modum adhibui.Depinge ubi sistam.Inuentus Chrysippe tui finitor
aceruī:nescius suę amicitię finem imponere Chrysippum rogat:quo tandem in numero diuitiarum consistat
Chrysippus uero Appollonii Solensis siue Tarsensis filius Cleantis zenonisq; auditor : ut refert Laertius
undecim & trecenta uolumina in logicis scripsit: in quibus omnia ad eam artem spectantia & coaceruitatē
piligenter absoluit.Ob quod ait sui aceruī:hoc est dialecticorum librorũ cū uti finitor Chrysippū reptū eē.

Bartholomæus Fontius Francisco Saxeto Salutem.



Ecte facis Saxete carissime: qui ita diligenter studiis incumbris: ut etiam minutiora quæq; perpendas: Quod si aliqui facerent studiosi latinæ linguæ non in tantis ignorantiæ tenebris uersaremur. Quæ igitur ex me sæpius: ut quædam mensurarum nocabula annotarem: quæ sane aliquandiu ob numeras occupationes a me dilaras: nunc in unum collecta plura etiam q̃ petteras ad te mitto: ut tarditas temporis ubertate muneris compensetur. Mensura proprie ea est: quæ a mẽbris hominis sumpta est: sed eius quoq; appellatione continetur quicquid pondere: capacitate: longitudine: latitudine: animoq; fingitur. Verum ea: quæ ex me quæris: plurium, & inter se æqualium interuallorum mensura determinatur. Mensurarum autem appellatione sunt Digitus: Vncia. Palma Sexta: Pes: Cubitum: Passus: Decempeda: Clima: Actus: Iugerum: Stadium. Militare: Centuria Digitus est minima mensurarum infra quem si quid demetiamur: partibus respondemus: ut dimidiam tertiam: quartamue digiti partem: Digitorum porro obseruatio duplex est. Quadratus enim dicitur & rotundus: sed cum simpliciter appellamus rotundum accipimus: qui quidem est sextadecima pedis pars: tribus quartisdecimis suis quadrato minor. Vncia uero digitum unum & eius tertiam partem habet. Nam duodecim unciis pes integer diffinitur. Palmam duplicem esse reperio extensam: scilicet & compressam. Extensa est quantum expansa manus a pollice ad minimum se extendit: quæ quidem est duodecim digitorum. Compressa quantum digiti quattuor simul iuncti excepto pollice se expandunt. Verum palmam simpliciter nominantes de compressa intelligimus. Sexta digitos duodecim continet: eandem.n. mensuram quam extensa palma complectitur. Pes uero ex sexdecim digitorum. Ex pede antem & semis cubitum fit. Ex pedibus quinq; passus: q̃q̃ & spacium illud quod interambulandum est inter pedes passus etiam nũcupatur: dictus q; gressibus mutuis pedes patescunt. Decempeda ex pedibus decem constat. Vnde etiam nomen sumplit. Sex uero decempedæ clima reddunt: quod quoq; uersus pedum est sexaginta. Actus dicitur q; in eo boues agerentur cum araretur uno impetu: qui erat cẽtum uiginti pedum. Tris autem actus esse reperio. Minimum: quadratum: & duplicatum. Minimus quattuor pedes patet: quod spacium in agris erat inter uicinos. Quadratus undiq; centum uiginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus iugerum præstat: dictum ex duobus quadratis ictibus sit iniunctum. Vel (ut Varroni & Plinio placet) quod in spacium uno iugo boũ in die arari posset. Protenditur itaq; iugerum in longum pedes ducentos & quadraginta: in latum uero centũ uiginti Stadium passibus centum uigintiquinq; describitur. Miliarium statia octo: hoc est passus mille complectitur. Centum iugera primo centuriam faciebant. Vnde nomen quoq; sordida est: mox ex ducentis iugeribus seruato nomine expleuerunt. Neq; uero me præterit in re militari centuriam centum numerum militum continere & centurionem appellari qui illis præest: Subcenturiatosq; dici milites nõ primæ: sed secundæ centuriæ: ubi ad insidiandum maxime locabantur. Ex quo in subcenturiis quasi in insidus quempiam positum appellamus. Centuriatim quoq; aduerbium: quod abundantiam copiamq; designat: a centuriis quæ in comitiis ferebant suffragia deriuatur. Vnde & centuriata comitia cæterum: mensuris omnibus quanto breuius fieri potuit explicatis breui quoq; ponderum uocabula enarrabo: nequid honesto studio tuo desit. Ponderq; oium minimum siliqua est: quod granum ex ea est siliqua: quam fabam græcam nũcupamus. Sex autem siliquæ scrupulum faciunt: qui & obolus nuncupatur quem nos pensum denarium dicimus. Est uero quarta & uigesima unciæ pars. Supra obolum drachmam ponimus: quæ ex scrupulis tribus constat. Sextula autem ex quatuor sic dicta q; sexta sit pars unciæ. Hanc quodam tempore uetustiores denarium appellarunt. Denarius enim tunc argenteus nummus erat ponderis siliquarum quattuor & uiginti: quanquam proprie denarius decem assium pondo constet. Atq; hæc erat apud antiquos minima quidem æris signati pars supra sextulam semunciam legimus: dimidium unciæ continentem. Vncia ab uno denominatur: quod ex duodecim ea unica est pars assis unciæ duæ Sextans quasi sexta pars assis nuncupatur. Quadrans quarta pars hoc est tres unciæ qui & triuncium quoq; dicitur. Triens tertia pars assis. Quincunx unciæ quinq;. Semis dimidium assis. Septunx septem unciæ. Bes unciæ octo quasi bis dempto triente ex asse. Dodrans dempto quadrante nouem unciæ quæ & nouuncium dicimus. Dextans decem unciæ dictus quia assi deest sextans. Deunx undecim unciæ quasi una uncia ex asse dempta. Inde as ex duodecim unciis constans Mna a græcis. Mina a nostris interpositione litteræ appellatur. Hunc & libram dicimus: cuius diminutiuum libella: a qua & delibrare: quia quid perpenditur tractum est. Libellæ dimidium est sembulla: quæ semis assis erat: supra assem erat dupondius: libræ duæ a duobus ponderibus. Pondus enim & pondo assis pondere dicebantur: unde & unum pondus est assipundium appellatum. Vltra dupondium est sestertius libræ duæ & semis: dictus quasi semis tertius: hoc est post duos sequens tertio loco semis: quia enim fiebat ex duobus assibus & tertio semisse sestertium ueteres uocauerant autores sunt Varro Festus Victruuius & cæteri doctiores: quos ego testes rei tam notæ non adduxissem: nisi apud Lampridium in Heliogaballo comperissem sestertia centum libras triginta argenti esse: sed parum idoneus autor est cui credere debeamus: nisi forsan eius æuo erant eiusmodi pondera immutata. supra sestertiũ tressis a tribus assibus dicitur: apud Persium tressis Agaso. Octussis quoq; ac Nonussis: Decussisq; reperitur octo nouem ac decem asses. Decussem uero & denarium a decem assibus nominaret. A duobus deinde decussibus bicessis: idest uiginti asses. A tribus tricessis triginta asses. Persius & centusse utitur: ut & centum græcos curto centusse licetur. Erant autem centusse centum asses: qui erant breues ex ære nummi: supra centussem maius æris uocabulum non habemus. Nam ducentos tricentos quadringentosue cum dicimus: non magis asses qui denarios: aut alios nummos significamus. Infra uero talentum est: cuius uariæ species cum ponderetum materia extiterat. Nam secundum diuersas gentes: diuersi quoq; ponderis inuenitur. Verum quo celebrius est Atticum maius & minus talentum extat. Minus assibus. lx. Maius tribus & octoginta & triente describitur licet aliqui octoginta tantum assium extitisse contendant. Pli. maior talentum Atticum ex Varronis sentẽtia sexdecim sestertiis taxari scribit. Cui si credimus librarum erit quadraginta: sed hæc de pondere. Materiam uariam extitisse grauissimi attestantur autores. Nam non solum aurum argentum æs hoc pondere æstimari comperimus: sed ferrum etiam & alumen. Curtius enim candidi ferri talenta centum: & Herodotus aluminis mille talenta scribit. Hæc sunt mi Saxete quæ breuiter de mensuris ponderibusq; collegi: si qua in re alia tibi usui esse possum: omne meum studium tibi paratissimum semper erit. Vale.

Ad Lectorem



Vm forte candide lector Plautius noster suos commentarios absolutos: & ad umbilicum maximo cum labore perductos in manus sumpsisset: eosq; legisset: quasdam labeculas: & offendicula nonnulla ab impressoribus relicta offendit, ad quæ diligenti sedulitate notanda, cum tempus ei non suppeteret (erat enim maximis tunc districtus negocus) cuidam iuueni apprime erudito: & eruditionis suæ quantulacũq; est amantissimo hanc curam demandauit: ut omnia castiganda obello foderet: & nihil ex sua officina litteraria depromptum addens archetypi fidem sequeretur: correctaq; ex ordine cartarum in calce operis subnotari ab impressoribus curaret. Quod negocium sibi impositum nisi pro uirili: & fideliter peregerit: se uelle date pœnas etiam atroces ad nutum lectoris pollicetur. Qui ergo opus recognouit in ius obstricto collo trahito. Plautius enim ait se omnino nosse alienam præstare culpã. Illud tñ sciendũ q̃dam minutula data opera relicta esse: qm̃ cognitu facilia & semipaganis uidebanť. Charta secunda alterius altera pro alterius sic altera θεων pro θειων. Enthumiasmon pro enthusiasmon ut ex lisimacho pro ex lisimacho. iiii. malo pro male. vi. θεων. pro θεων. viii. taxant Gellius. Aristo. improbat & defendit. Scilicet pro improbat: & defendit: & Erasistratus culpat: at eum Plut. turať: ut refert Gellius l. xvi. Scilicet. lx. nequeat pro nequeant. Gel ius Plut. pro Gellius Plut. x. αξυμ for pro αξυμοσ. iter tratos p inter circa raros. xi. quam autem pro quam ut. xii. cedra pro cedria. xii. inferant p inferat. xviii. herbæ: quam pro herbæ solaris: quam. xix. studeres p studere. Indignatio ridiculum pro indignatio. Hoc aũt ridiculũ. xx. corat. pro orata. xxi. λιξον pro λιξον. xxiii. dentes lesus pro dentem lesus. μεδοκτιοσ αδικον pro μεδοκλισ αδλιτον αδικων adiucasset. budicarum pro adiudicasset buccarũ. xxiiii. de canibus pro de cantibus. calumnitur pro calumniať Dio. pro Dionysius. xxvii. Lydiæ: quod pro lydiæ denominatur. qd̃ fert tertiam pro fert Nerium tertiam. ani ar pro animi. quam sententiam: pro in quam sententiam. xxxi. curtum pro Curtium. de nostras pro de nostro xxxiii. sonum non laudari pro somnum laudari. xxxiiii. indicant pro nidificant: dicunt & pro dicunt enim præmium. pro primum. hareat pro hæreat. xxxx præ pro apud. Nuncupantur philostra. pro nuncupantur iuxta illius antiqui poetæ sententiam. Quid unquam egrotus somniauit quod aliquis philosophorum non dixerit Philostra. xlii. domini pro dominum. cecinent pro cecinerit. xliii. semis pro simus. lxiiii. inter quę pro quæ inter xlv. bonis pro boni inepiæ pro ineptiæ. cerutiens pro cecutiens. xlvi. antras pro antiquis. xxxviii. talladiis pro fallaciis. redit pro credit. xlix. rege pro regi. dudam pro quidam. L. legetur pro legatur bulla has pro bullas has. Li. trullum pro trullam. lii. audiendum his p audiendum. Docilis ad intelligendum. Beniuolus ad retinendum. his. liii. incursaces pro incursaces. amodum pro admodum. liiii. curilis pro curulis. lv. ponitur & libertate pro ponitur & pro toto cœlo. Vergi. Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Libertate, nũc pro tunc. cum feræ dici iure non possint. pro cum feradici iure non possit. lvi. cum pro eum omnia pro animatignanda pro signanda. dimitteremus pro dimicaremus. purum pro parum. lv. subleuationes pro subleuatione. homo uitiosus nunquam uitiosus nunquam bonis pro homo uitiosus nunquam bonis. lix. detegentes pro detergentes. nuncupat pro nuncupari. lx. damnaum pro damnum. quidem pro quod est. sint pro sit. seruis. uel pueris qui græce pro seruis. hoc enim significat puer hoc in loco & apud Terentium. Etiam puerum inde abiens conueni chremis alias pueros dicimus puellis contrarios: qui græcis. dicitur pro dicuntur. inter dissentiant pro inter se dissentiant: ut usq; pro & usq;. ledet pro ledit. interrendi non habet pro interrimendi habet. merato pro meraco. est epistola pro in epistola. lxii. amantes pro amentes. obsecre pro obsecret. lxiii. ęgyptios compescuisse pro ægyptios ritus compescuisse. diem religiosissime ut pro diem ut. lxv. serie succumbat pro serie: & rerum a pythagora gestarum narratione prolixa succumbat. lxviii. Referri pro refert. flocifacit pro flaccifaciet. lxix. intelligit Persius. Dus igiť. pro intelligit Persius accolas & prope eũ habitantes Fluuius Rheticaq; alpiũ uertice ortus: q modico flexu in occidẽtẽ uersus septẽtriõali Oceano misceť auctor Tacitus.

FINIS

Venetiis In Casis Bernardini de Vianis de Lexona Vercelẽsis, Anno Circũcisionis, M, D, XX, Die, XV, Decembris, Inclyto Leonardo Lauretano Principe,

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q

Omnes quaterni: præter A C D terni B Q Duerni,

